

et de quorum scribis non est curandum quamdiu persistunt in statu damabili heresis & schismatis. Quin imò in §. 4. declarat non esse admittendos Episcopos schismaticos, live pro Ordinibus five pro aliis Sacramentis conferendis & in §. 6. Presbiteros faculares abjuratis schismate & erroribus atque in fide Catholica bene instructos in Parochialibus seu Curatis Ecclesiis Græcorum bene institui posse. Qomodo ergo elicere possumus ex hac Constitutione ut valeant Matrimonia coram Ordinario vel Parocho schismatico, si Constitutio interdicit ne Episcopi schismatici ad Sacramenta admittantur, neve Presbiteri schismatici institui possint in Parochialibus, nisi posteaquam abjuraverint schisma. Præterea quatenus eadem Constitutio prohibet ne divortia fiant quoad vinculum, loqueretur etiam de Matrimoniis schismaticorum, utique intelligenda esse tantum de Matrimoniis celebratis in his Parochiis in quibus Decretum de reform. matrim. publicatum non esset. Tunc enim valida sunt Matrimonia etiam clandestina, nec sunt dirimenda, ut hic statuitur, non autem de contractis in Parochiis in quibus ejusmodi Decretum fuit publicatum. Tunc enim ad eorum validitatem requiritur presentia Parochi quam exhibere non possunt schismatici qui Parochi non sunt, ut dictis constat; & propterea Clemens ibidem mandat Episcopis, ut curent in singulis Parochiis Græcorum publicari Decretum Concilii Tridentini de reform. Matrim. Imò ex hac Constitutione deduci potest validum fundamentum pro hac sententia, nam si Græci schismatici potuissent institui in Parochialibus in vim Decreti Concilii

Constantiensis, cur Clemens declarasset eos non posse institui in Parochialibus nisi abjurato schismate. Alterum ergo necesse est fieri, id est aut schismaticos non fuisse habitatos ad Parochiales obtinendas per Concilium Constantiense, aut si habitati fuerint, illius dispositionem sublatis fuisse per hanc posteriorem contrariam Constitutionem Clementis VIII. secundum ea quæ de Constitutione Pauli IV. & de Concilio Lateranensi, dicta sunt supra in 2. & 3. fundamento n. 66. & 71. Ex quibus omnibus, ut initio diximus, verius videtur Matrimonia Catholicorum contracta coram Popis Ruthenicis nulla atque irrita esse, si in eorum Parochiis Decretum, c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. publicatum fuerit. Cæterum an ita sit nec ne, cum pendat ex facto, ad iudicium nostrum non pertinet; sed ipse Archiepiscopus Leopoldensis diligenter dispicere debet. In quo tamen duo præcepta erunt illi animadvertenda. Alterum quoad hoc est Sententia S. Congreg. non sufficit ut Concilii Decretum publicatum fuerit in Synodo Provinciali, sed absolute requiritur ut fuerit publicatum in singulis Parochiis, quemadmodum Sancta Synodus præscribit. Alterum quod eadem Sacra Congregatio declaravit præsumi publicationem, quando Decretum illud fuit observatum tanquam Decretum Concilii.

Fortè tamen super his omnibus, cum res gravissima sit, tutius esset requirere oraculum Sanctissimi in S. Congregatione Inquisitionis.



DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

Honorius III. Archiepiscopo Lugdunen.

CAPUT VI.

Consultationi tuæ breviter respondemus, quòd Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit penitentiam, absque dispensatione Romani Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

SUMMARIUM.

- 1 Regularis in apostasia ordinatus ad sacros sine dispensatione Papæ non ministrat in illis. Nec ad superiores ascendit num. 4. Et quid in promotu ad minores num. 3.
2 Regularis apostata post reconciliationem ordinatus sine dispensatione remanet in ordine sic suscepto.
3 Regularis transiens à strictiori ad laxiorem Religionem absque Sedis Apostolicæ licentia an sit apostata, & excommunicatus, aut saltem suspensus & num. seqq. maximi à num. 11. usque in fin.
4 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
5 Apostata propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
6 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.
7 Regularis transiens ad strictiorem Religionem licentia petita, licet non obtenta, non peccat.
8 Regularis canonicè translatus ad arctiorem Religionem non potest redire ad primum ordinem absque licentia Papæ.
9 Apostata propriè non dicuntur nisi qui legem Christianam dimittant, vel qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa.

- 10 Regularis transiens ad alium Ordinem sine legitima licentia non potest hic promoveri sine dispensatione superioris regularis si transitus sit publicus, quòd si occultus, nulla eget dispensatione.
11 Apostata à Fide, vel ex voto Religionem desertens in apostasia ordinatus, caret executione, nec possunt ab alio, quàm à Papa dispensari.
12 Regularis transiens ad laxiorem Religionem licentia non petita, vel petita, sed non obtenta, peccat mortaliter. Sed non dicitur propriè apostata & cur, ibid. & num. 16. cum duobus seqq.
13 Apostatorum duo sunt genera & num. seqq.
14 Regularis minorum ad Ordinem laxiorem absque licentia incidit in apostasiam minorem; non autem in majorem, & indispensabilem.
15 Apostasia est temerarius recessus à stata Fidei, obedientia vel Religione.
16 Apostata unidè dicuntur.
17 Regularis ejectus à laxiori Religione, ad quam de facto transit, non dicitur apostata, si per eum non sit quominus redeat ad primum ordinem.
18 Prælati regulares tenentur subditos ad laxiorem Ordinem absque legitima licentia transeuntes ad suum Monasterium revocare.

Consultationi. Monachus in apostasia ordinatus ad sacros, sine dispensatione Papæ non ministrat in illis. Hoc dicit secundum Joann. Andr. & alios ferè omnes. Nota casum, in quo solus Papa dispensat, videlicet cum Religioso in apostasia ad sacrum ordinem promotu, quantumcumque penitentiam egerit & Abbati suo fuerit recon-

ciliatus, ut in text. si tamen prius reconciliatus fuisset & postea à suo Episcopo ordinem canonicè suscepisset, sine dispensatione remaneret in ordine sic suscepto, secundum Innocent. & Hosti. hic in princip. quibus ceteri consentiunt. Et dum textus dicit sacrum ordinem, innuit secus esse in minoribus; unde eo casu dispensat Episcopus, cum Papa. ibi

sibi non retinuerit dispensationem, cap. Nuper, de sentent. excomm. secundum Vincent. & Hosti. hic in princip. vers. Id ètiam dicitur scerum: sed hodie Religiosus Apostata incidit in excommunicationem cap. 2. Ne cleric. vel Monach. lib. 2. unde cum ordinem recipiat in censura & sic fiat irregularis, distinguendum est, ut legitimus in cap. Cum illorum, de sent. excomm. secundum Joann. Andr. hic num. 1. Abb. nu. 2. & communiter Scribescentes.

7 Rursum enim textus prohibet sic ordinatum in susceptis ordinibus ministrare, multò magis censetur prohibere, ne ad superiores ascendat, dicta cap. Cum illorum, secundum Boet. dicentiam hoc esse tutius, licet aliqui contradicant; & eum sequuntur Joann. Andr. num. 1. in vers. Suscepto & Abb. n. 2. vers. Sed quæro, quia textus.

8 Quæro, an Regularis transiens à strictiori ad laxiorem Religionem absque Sedis Apostolicæ licentia sit Apostata, & excommunicatus, aut saltem suspensus?

6 Solutio inquitio pendet ex intellectu duorum Canonum, qui videntur invicem pugnare, videlicet cap. Ex parte de tempor. ordinat. & hoc cap. Consultationi, nam in cap. Ex parte, cum quidam Abbas & Monachi consuluissent, an eorum Monachus, qui se transiit ad Monachos Nigros & habitum eorum assumpsit, ibique ordinatus fuit sacerdos, in assumpto ordine possit ministrare, Innocentius III. recondidit ut ipsi Monacho officium sacerdotis liberè exequi permitterent. Atque ita ex eo textu apparet transentem de religione in religionem, quamvis videatur apostata, eo quòd habitum sui Ordinis temerè dimiserit, tamen non esse excommunicatum, aut suspensum, nec si in hujusmodi apostasia promotus fuerit, esse irregularem. Contra verò in hac Decret. generaliter dicitur, ut Monachus in apostasia ordinatus ad sacros, absque dispensatione Romani Pontificis ministrare non possit in ordine sic suscepto.

Pro conciliatione offeruntur à glossa & DD. duo intellectus. Primus est, quòd text. in dict. cap. Ex parte, procedat in Monacho, qui transiit licitè, id est licentia petita, licet non obtenta, ad Religionem Nigrorum, que erat strictior: idèd ex hoc non potest dici apostata; & sic non est irregularis, nec aliqua eget dispensatione, textus verò in hoc cap. procedit quando transiit illicitè; & sic ibi ordinatus non debet ministrare nisi dispensetur; ita gloss. 2. in dicto. cap. Ex parte, & ibi Anton. de Butr. numer. 5.

7 Sed hic intellectus non placet, primò quia supponit transentem illicitè ad aliquam Religionem esse apostatam; quòd tamen est falsum, quia ad hoc requiritur, ut dimisso habitu ad seculum redeat, juxta text. in cap. Ut periculosa, Ne Cler. vel Mon. lib. 6. in cap. ult. 50. dist. 1. ibi, restituo habitum suum in apostasia tanquam licitè conversatur. Sed quòd idem est, ut relinquat Monachatum, quemadmodum loquuntur Gloss. & Joann. Andr. & est communis opinio, ut inferius patebit.

Deinde quia si Monachus, de quo in d. cap. Ex parte, transiit ad strictiorem licentiam petita licet non obtenta, illa qualis fuisse de indubitabili, contra text. 1. Labor, ff. de carbon. edic. & notata per Abb. in cap. Cum in jure, de elec. & alios apud Rom. in un. conf. 639. Maxime, num. 70. lib. 5. Ineptum enim fuisse in controversiam adducere an eo casu Monachus post transiitum ordinatus esset irregularis & frustra DD. excusantur quæstionem, an esset apostata: siquidem excommunicatio, que annexa est apostasie, dict. cap. Ut periculosa, cum sit pœnarum gravissima, cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. non incurritur nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. S. Thomas in 4. dist. 19. Tabien. in verb. Excommunicatio primo, vers. Utrum excommunicatio possit insigi. At qui transiit ad strictiorem licentiam petita, licet non obtenta, cum id faciat Canonis autoritate, id est cap. Licet de Regul. utique non peccat, Can. qui peccat, 23. quæst. 4. & tradit Innoc. in dict. cap. Ex parte, num. 2. in verb. Exequi, ibi: Si Monasterium ad quod transit erat arctius, quàm primum, non percarit, &c. Quin potius mereatur cum ad frugem melioris vite transmigret & adimpleat propositum sanctioris vite, ut legitur in dict. cap. Licet. Dicendum est igitur Monachum, ibi, vel transiit ad laxiorem absque dispensatione Romani Pontificis, vel certe ad strictiorem, vel parem, nec obtenta, nec petita licentia à suo Superiore. Quòd videtur innuere littera ibi, O mi se transiit. Unde ex eo textu secundum hoc irrefragabiliter probatur Monachum illicitè transentem ad alium ordinem, dummodo habitum regularem non dimittat, non esse propriè apostatam, nam si esset talis, non possit in suscepto ordine ministrare, ut hic dicitur.

8 apostata: siquidem excommunicatio, que annexa est apostasie, dict. cap. Ut periculosa, cum sit pœnarum gravissima, cap. Corripiantur, 24. quæst. 3. non incurritur nisi pro peccato mortali, cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 3. S. Thomas in 4. dist. 19. Tabien. in verb. Excommunicatio primo, vers. Utrum excommunicatio possit insigi. At qui transiit ad strictiorem licentiam petita, licet non obtenta, cum id faciat Canonis autoritate, id est cap. Licet de Regul. utique non peccat, Can. qui peccat, 23. quæst. 4. & tradit Innoc. in dict. cap. Ex parte, num. 2. in verb. Exequi, ibi: Si Monasterium ad quod transit erat arctius, quàm primum, non percarit, &c. Quin potius mereatur cum ad frugem melioris vite transmigret & adimpleat propositum sanctioris vite, ut legitur in dict. cap. Licet. Dicendum est igitur Monachum, ibi, vel transiit ad laxiorem absque dispensatione Romani Pontificis, vel certe ad strictiorem, vel parem, nec obtenta, nec petita licentia à suo Superiore. Quòd videtur innuere littera ibi, O mi se transiit. Unde ex eo textu secundum hoc irrefragabiliter probatur Monachum illicitè transentem ad alium ordinem, dummodo habitum regularem non dimittat, non esse propriè apostatam, nam si esset talis, non possit in suscepto ordine ministrare, ut hic dicitur.

9 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
10 Regularis propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
11 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.
12 Regularis transiens ad strictiorem Religionem licentia petita, licet non obtenta, non peccat.
13 Regularis canonicè translatus ad arctiorem Religionem non potest redire ad primum ordinem absque licentia Papæ.
14 Intellectus cap. Ex parte, de tempor. ordinat. & num. seqq.
15 Apostata propriè non dicitur Religiosus, nisi habitum temerè dimittat & ad seculum redeat & num. 12. & seqq.
16 Excommunicatio, que annexa est apostasie, non incurritur, nisi pro peccato mortali.

Accedit, quòd in dict. cap. Ex parte, Monachus, qui transiit ad Nigros, supponitur post à redidisse ad primum Monasterium; & idèdque ille textus à DD. sic summatur. Si Monachus ordinis, in secundo ordine, ad quem transiit, recipit sacerdotum, ad primum ordinem rediens, liberè ministrabit. Ergo hinc necessariò sequitur, ut vel Religio Nigrorum, ad quam transiit esset laxior vel si strictior, transiisset de facto non petita licentia; alius enim si Religio fuisset strictior & Monachus canonicè translatus, non potest postea redire ad primum ordinem laxiorem absque licentia Papæ, Innoc. in cap. Intelleximus, num. 2. in verb. Exerere, de arat. & qual. gloss. & DD. in cap. Cum singula, §. fin. de praben. Rebuff. in previ benefice. in tit. de transl. Monach. num. 9. & sic rediens secundum hunc intellectum non potuisset in suscepto ordine ministrare, cujus tamen contrarium ibi dicitur.

Itaque secundus datur intellectus, quòd scilicet Decretalis Ex parte, procedat in Monacho, qui licet de facto transierit ad alium ordinem, tamen habitum Regularem non dimisit; & sic non fuit apostata, nec ex ordinem susceptione irregularis, textus verò in præsentì procedat in eo, qui ex toto dimisit habitum, & ad seculum rediit; qui propriè dicitur apostata & incidit in excommunicationem juxta text. in d. capitul. Ut periculosa, Ne Cler. vel Monach. lib. 6.

Et hic intellectus communiter recipitur: nam glossa in dict. cap. Ex parte, in verb. Ad Nigros, querens an Monachus transiens ad aliam Religionem sit apostata, concludit non esse propriè apostatam, nisi recedens à fide, vel retro abiens; & intelligit pro retro abiens omnino desertentes Religionem cum allegat text. in cap. Non observatis, 26. quæst. ult. sed redeuntes ad seculum, juxta text. in e. ult. 50. dist. 1. cap. 1. supra eod. Et de his glossa sentit esse intelligendum hoc cap.

Innocentius in eodem, cap. Ex parte, num. 1. Dic. inquit, quòd propriè non dicitur apostata, nisi qui legem Christianam dimittunt, cap. Beatus, 3. quæst. 4. dist. cap. Non observatis. Et qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa. Quo loco Innocentius similiter intelligendus est de redeuntibus ad seculum: tum quia hi propriè dicuntur Religionem dimittere; tum quia allegat text. in dict. cap. ult. 50. dist. 1. qui loquitur de hi qui ad secularem redeunt conversationem. Sed tamen inferius hunc non posse promoveri abiq. dispensatione, si transiit sit publicus; & adiciens Monachum p. esse necesse transire nec obitare text. in cap. Quanto, de transl. Episcopi, quia procedit in Episcopo, qui cum multis transit in turba. At Monachus stat occultè & habita mutato incedit.

Innocentium sequitur ibid. Anton. de Butr. sub numer. 5. his verbis; (Dic ergo, Quidam sunt Apostate fidei: vel ex toto Religionem dimittentes, & tales ordinati in apostasia creant executione & non possunt ab alio, quàm à Papa dispensari. Quidam sunt apostate late, qui illicitè transiunt de Religionem in Religionem, & tunc aut transiunt publicè, ita quòd factum est publicum, & tunc cum talibus dispensat Abbas, sur est occultum & non requiritur dispensatio. Aut transiunt licitè & non eget dispensatione.) Batrum totidem verbis refert & sequitur Abb. ibid. in fin.

Et hic intellectus communiter recipitur: nam glossa in dict. cap. Ex parte, in verb. Ad Nigros, querens an Monachus transiens ad aliam Religionem sit apostata, concludit non esse propriè apostatam, nisi recedens à fide, vel retro abiens; & intelligit pro retro abiens omnino desertentes Religionem cum allegat text. in cap. Non observatis, 26. quæst. ult. sed redeuntes ad seculum, juxta text. in e. ult. 50. dist. 1. cap. 1. supra eod. Et de his glossa sentit esse intelligendum hoc cap.

Innocentius in eodem, cap. Ex parte, num. 1. Dic. inquit, quòd propriè non dicitur apostata, nisi qui legem Christianam dimittunt, cap. Beatus, 3. quæst. 4. dist. cap. Non observatis. Et qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa. Quo loco Innocentius similiter intelligendus est de redeuntibus ad seculum: tum quia hi propriè dicuntur Religionem dimittere; tum quia allegat text. in dict. cap. ult. 50. dist. 1. qui loquitur de hi qui ad secularem redeunt conversationem. Sed tamen inferius hunc non posse promoveri abiq. dispensatione, si transiit sit publicus; & adiciens Monachum p. esse necesse transire nec obitare text. in cap. Quanto, de transl. Episcopi, quia procedit in Episcopo, qui cum multis transit in turba. At Monachus stat occultè & habita mutato incedit.

Innocentium sequitur ibid. Anton. de Butr. sub numer. 5. his verbis; (Dic ergo, Quidam sunt Apostate fidei: vel ex toto Religionem dimittentes, & tales ordinati in apostasia creant executione & non possunt ab alio, quàm à Papa dispensari. Quidam sunt apostate late, qui illicitè transiunt de Religionem in Religionem, & tunc aut transiunt publicè, ita quòd factum est publicum, & tunc cum talibus dispensat Abbas, sur est occultum & non requiritur dispensatio. Aut transiunt licitè & non eget dispensatione.) Batrum totidem verbis refert & sequitur Abb. ibid. in fin.

Joan. de Anan. num. 1. (Nota quòd Monachus transiens ad alium Monachatum non dicitur necessariò apostata, adeò ut recipiens hic ordinem, incurrit irregularitatem, nec per hoc est suspensus ab executione officii. Non oblat cap. fin. de apost. quia paritè dicit, quòd quidam sunt apostate fidei qui ex toto apostatant relinquunt habitum & redeunt ad mundum; vel qui apostatant à fide, & tales incurrit irregularitatem. Quidam sunt apostate late, id est retro abientes (intelligitur retro abientes, qui transiunt de strictiori ad laxiorem Religionem,) & illi non incurrit irregularitatem vel saltem talem, cum quæ Abbas non possit dispensare.)

Henrich Boich (aut transiit ad laxiorem Religionem licentia non petita vel petita, sed non obtenta, & tunc peccat mortaliter.) In hoc concordat gloss. hic, in verb. Liberè: ita quòd eo casu non debet ordinari, nec in ordinibus sacris licitè ministrare, nisi prius fuerit cum eo dispensatum per Episcopum (habet Relationem ad tempus in quo Monachi erant subiecti Episcopis D. ocellanis, juxta text. in cap. Pervenit, 16. quæst. 1. & cap. Abb. cum quatuor cap. seqq. 18. quæst. 2.) & infra: (Qui transiit ad laxiorem non est apostata,) nam non est apostata, nisi qui ad seculum rediit, ut infra de apostat. cap. final.

Similiter glossa nostra hic ad finem, (tamen, inquit, si ad aliam Religionem transiit, & ordinem hic suscepisset, sine dispensatione, possit in suscepto ordine ministrare,) supra de tempor. ordinat. cap. Ex parte, quia ordinem non suscepisset in apostasia, & sic glossa aperte sentit, talem non esse apostatam, & sequuntur scribentes hic.

Rationem verò cur Monachus transiens absque licentia ad ordinem laxiorem non sit apostata, reddidit Innocentius in cap. Intelleximus, in fin. de arat. & qualitat. (Quia, inquit, in nullo venit contra ea, que sunt de substantia ordinis, cum semper in alicujus obedientia fuerit:) cuius dictum sequuntur hic Joann. Andr. ac ceteri omnes & Ar-

Accedit, quòd in dict. cap. Ex parte, Monachus, qui transiit ad Nigros, supponitur post à redidisse ad primum Monasterium; & idèdque ille textus à DD. sic summatur. Si Monachus ordinis, in secundo ordine, ad quem transiit, recipit sacerdotum, ad primum ordinem rediens, liberè ministrabit. Ergo hinc necessariò sequitur, ut vel Religio Nigrorum, ad quam transiit esset laxior vel si strictior, transiisset de facto non petita licentia; alius enim si Religio fuisset strictior & Monachus canonicè translatus, non potest postea redire ad primum ordinem laxiorem absque licentia Papæ, Innoc. in cap. Intelleximus, num. 2. in verb. Exerere, de arat. & qual. gloss. & DD. in cap. Cum singula, §. fin. de praben. Rebuff. in previ benefice. in tit. de transl. Monach. num. 9. & sic rediens secundum hunc intellectum non potuisset in suscepto ordine ministrare, cujus tamen contrarium ibi dicitur.

Itaque secundus datur intellectus, quòd scilicet Decretalis Ex parte, procedat in Monacho, qui licet de facto transierit ad alium ordinem, tamen habitum Regularem non dimisit; & sic non fuit apostata, nec ex ordinem susceptione irregularis, textus verò in præsentì procedat in eo, qui ex toto dimisit habitum, & ad seculum rediit; qui propriè dicitur apostata & incidit in excommunicationem juxta text. in d. capitul. Ut periculosa, Ne Cler. vel Monach. lib. 6.

Et hic intellectus communiter recipitur: nam glossa in dict. cap. Ex parte, in verb. Ad Nigros, querens an Monachus transiens ad aliam Religionem sit apostata, concludit non esse propriè apostatam, nisi recedens à fide, vel retro abiens; & intelligit pro retro abiens omnino desertentes Religionem cum allegat text. in cap. Non observatis, 26. quæst. ult. sed redeuntes ad seculum, juxta text. in e. ult. 50. dist. 1. cap. 1. supra eod. Et de his glossa sentit esse intelligendum hoc cap.

Innocentius in eodem, cap. Ex parte, num. 1. Dic. inquit, quòd propriè non dicitur apostata, nisi qui legem Christianam dimittunt, cap. Beatus, 3. quæst. 4. dist. cap. Non observatis. Et qui relicta professione, quam dimittere non licet, dimittunt sine causa. Quo loco Innocentius similiter intelligendus est de redeuntibus ad seculum: tum quia hi propriè dicuntur Religionem dimittere; tum quia allegat text. in dict. cap. ult. 50. dist. 1. qui loquitur de hi qui ad secularem redeunt conversationem. Sed tamen inferius hunc non posse promoveri abiq. dispensatione, si transiit sit publicus; & adiciens Monachum p. esse necesse transire nec obitare text. in cap. Quanto, de transl. Episcopi, quia procedit in Episcopo, qui cum multis transit in turba. At Monachus stat occultè & habita mutato incedit.



DE HOMICIDIO

Ex Penitentiali Romano.

CAPUT II.

Interfecisti furem aut latronem, ubi comprehendi poterat absque occisione, quia ad imaginem Dei creatus est; per quadraginta dies non intres Ecclesiam, & lanea veste indutus ab eis & potibus, qui interditi sunt, & a toto, gladio, & equitatu, illos supradictos dies abstineas. In tertia autem, & quinta feria & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis & parvis pisciculis cum mediocri cervisia utere temperate. Si autem sine odii meditatione, te tuaque liberando, huiusmodi diaboli membra interfecisti (secundum indulgentiam dico propter imaginem Dei) si aliquid jejunare volueris, bonum est tibi, & elemosinam fac largiter. Si Presbiter eadem fecerit, non deponatur, tamen quamdiu vivit, penitentiam agat.

SUMMARIUM.

- 1 Occidens furem vel latronem, cum se poterat aliter liberare, tenetur agere penitentiam de qua in hoc cap.
- 2 Fur & latro, an & in quo differant & n. 12. vers. Quibus ponderatis.
- 3 Furem & latronem occidere, an liceat laico pro necessaria rerum defensione & n. seqq. usque in finem.
- 4 Quid de jure Civili & in foro contentioso & n. 18.
- 5 Et quid de jure Canonico & in foro penitentiali & n. seqq.
- 6 Maritus vel pater potest occidere adulteram vel adulterum de jure Civili, secus de jure Canonico & in foro animae.
- 7 Intellectus huius & n. seq. usque ad n. 13.
- 8 Occidens eum qui de jure naturali vel Divino poterat occidi non peccat, secus si de jure positivo tantum.
- 9 Copula & resolvitur in disjunctivam ubi necesse est, aliud requiritur amorum concursus & n. seq.
- 10 Metus nocturnus vel diurnus, an & quando possit impune occidi.

- 11 Intellectus, l. Furem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & n. 19.
- 12 Patrimonium sui, an magis quam vite alterius tenetur quis curam habere.
- 13 Instantiam dare sufficit respondenti.
- 14 Pecunia & Patrimonium dicuntur vita hominis.
- 15 Declaratur.
- 16 Clericus pro defensione vite potest invasorem occidere, secus pro defensione rerum.
- 17 Homicidium juris pro sola rerum defensione, an sit permissum de jure Civili.
- 18 Vim vi repellere licet cum moderamine inculpata tutele & in quo consistat huiusmodi moderamen.
- 19 Injuria omnis corporalis major est quamlibet reali.
- 20 Canonici standum est, etiam in terris Imperii & in foro seculari in materia in qua non est expressa decisio juris Civili, sed tantummodo sunt opiniones inter Legistas.
- 21 Irregularis est laicus, occidens furem pro sola rerum defensione.

Interfecisti. Occidens latronem, quando aliter poterat se liberare, tenetur agere penitentiam hic praescriptam; si vero aliter se liberare non poterat, non tenetur penitentiam agere, nisi ad cautelam. Hoc dicitur. Secunda hic. Si autem.

Nota primò, differentiam esse inter furem & latronem, cum de his littera dicat alternativè furem aut latronem, sed in capite susceperimus, infra eodem, huc ponuntur ut innotuissimum, nam cum prius textus distinxisset Latrones, postea re-vento eodem thmate dixit fures, dic ut hic scriptum in 1. no.

Secundò nota hic, Te tuaque liberando, duo esse copulativè necessarios ad hoc ut quis excusetur ab homicidio latronis, videlicet ut occiderit defendendo non tantum res, sed etiam personam, de hoc latius in proxima questione. Quod tamen intelligit secundum Marianum Socinum hic n. 9. ut procedat respectu rerum, sed respectu personae non requiritur copulativa rerum, nam si morte alteri vitari quis non possit, sufficit defensionem personae tantum, ut est casus in clem. Sifuriosus, de homic.

Quarto, an laico pro necessaria rerum defensione liceat occidere furem vel latronem.

Doctores in cap. Susceperimus infra eod. dicunt etiam pro defensione rerum & patris laicum licet posse arma sumere & prevenire hostem ut l. 1. C. unde vi, ita gloss. 1. in fine eodem cap. Susceperimus Jo. Andr. n. 5. in gloss. 1. Burr. n. 7. vers. Hae vera in Clerico, Abb. n. 4. vers. In laico vero & vers. Et tunc solus contrarium; & alii communiter. Et licitum esse rerum sicut corporis defensionem usque ad occisionem injuri aggressoris, praeterim si sint res magis

valoris, nec sit probabilis spes alter eas recuperandi, tuentur Duenn. reg. 101. Navarr. in Man. cap. 15. numer. 5. Covarr. in Clem. Si furiosus, in 3. part. §. Unico, numer. 6. vers. Sexto; Sor. de just. & jur. lib. 5. quest. 1. art. 8. Molin. in eodem tract. tom. 4. disp. 16. numer. 1. vers. Contrarium, Sotus in Clavi Regia lib. 7. cap. 10. & de Censur. lib. 6. cap. 17. numer. 24. & alii multi ex recentioribus, imò tenent omnes licitum esse laico pro rebus conservandis hominem occidere, ut dicit Joan. de Anan. in d. Susceperimus, n. 5.

Sed tu adverte, quia hoc est verum de jure civili & in foro contentioso, nam Legitur in dict. l. 1. ubi in specie Bart. 9. Cod. Unde vi & in l. Furem, ff. de sicar. communiter tenent licere laico furem occidere, si aliter res à rapina, invasione salvas habere non possit, & hanc esse communem opinionem Legistarum testatur Dec. & Jason. in leg. Ut vim, ff. de just. & jur. Carrer. in practica rubr. de homicid. §. 6. numer. 28. & seq. Covar. loco citato de Clar. alios referens in §. Homicidium, vers. Hae autem conclusio & vers. Ultima est, sed de jure canonico & in foro penitentiali concludunt omnes non esse licitum laico pro rebus tantum servandis interficere furem, & ita in specie determinat Innocent. in c. Si vero, il. primò nu. 2. vers. Sed si pro rebus occideret, infra de sentent. excommunicat. Host. in summ. de homicid. §. Qua terna, Abb. hic n. 2. & latius in cap. Clerici, il. primò, ubi etiam Imola, supra de vit. & honest. Clericor. Joan. de Anan. hic n. 6. & in dict. cap. Susceperimus, n. 5. Card. post Paul. in d. Clem. Si furiosus de homicid. Caldorin. in cap. Petito, infra eod. Fortunius, in l. Navim, col. 8. ff. de just. & jur. Carer. post

De Homicidio

post alios in tract. rubr. de homicid. §. 6. num. 30. & ita omnes concludere restat Felin. alios citans, hic num. 4. vers. Sed in quantum omnes, & Clar. in dict. §. Homicidium, vers. Hae autem conclusio: & quamvis Cajetanus in 2. 2. quest. 6. art. 7. in 2. dub. ex principiis contendat occidere etiam in foro animae licitum esse privato hominem occidere pro rebus defendendis, eique asserit Covarr. ubi supra exitum non esse constituendam differentiam inter jus canonicum & civile absque expressa auctoritate, nec inter forum exteriorum & forum conscientiae; tamen conflictibus differentia notatur in cap. Inter haec 23. qu. 2. nam de jure civili & quod pertinet ad forum contentiosum potest pater occidere filiam adulteram in flagrante crimine deprehensam, ut l. Nec in ea & l. seq. ff. de adulter. & etiam maritus adulteram certo casu, ut l. Grachus, Cod. eod. & tamen secundum Canones & in foro conscientiae & quoad Deum pater & maritus peccat; & ideo imponitur eis gravis penitentia, ut in cap. Admonere ead. caus. & quasi. & notat hic Abb. Joan. de Anan. & Felin. & idem Felin. in cap. 1. n. 2. supra de presump. post Richardum ab eo relatum in 4. sentent. dist. 37. qu. 2. art. 2. Angel. in tract. de malefic. vers. Clemi ha adulterato la mid. donna. Imò quatenus de jure civili licet spoliatorem occidere; tamen haec differentia inter jus canonicum & civile non est sine expressa auctoritate, ut putat Covarr. quia illam expressè constituit haec Decretalis, hic, te tuaque liberando; per quae verba Abb. hic in 4. notab. n. 2. (Nota, inquit, singulariter textum quòd tunc quis excusetur ab occisione furis etiam nocturni quando facit ut libere se & sua.) Ergò pro rebus tantum liberandis non licet occidere furem etiam nocturnum, nam ista ponuntur hic copulativè, non sufficit ergò altera pars. Et adverte, quia nemo ponderat istam teatam quod sit contra opinionem Legistarum ut in praesalleg. leg. Furem, & maxime contra Bartol. in leg. 1. Cod. Unde vi, dicunt enim committere quod si bona aliter salvari non possint licitum est occidere furem, & pr. ista opinio facit textum in cap. sequens ubi fit mentio de illa, l. civili, sed si vando opinio in ilam Legistarum, possimus dicere quod in foro seculari contentioso procedit ista opinio per textum in l. Itaque ff. ad leg. Aquil. sed propter hoc non evadit peccatum; unde in foro penitentiali debet imponi penitentia, ut probatur optimè hic, ita Abb. quem totidem verbis refert & sequitur Joan. de Anan. num. 6. Marian. Socin. num. 8. videtur etiam hanc differentiam admittere Jus. & Dec. in d. h. l. Ut vim.

Pro qua opinio facit distinctio, quam ponit Aneas de Falcon. in addit. ad Abb. hic in verb. A peccato homicidii: Ant enim: (Veritas ista est, quam elicio ex dictis Abbatis hic, videlicet quòd si occido illum qui de jure naturali vel divino poterat occidi, p. ut ad meam necessariam defensionem; & tunc evadit peccatum, ut etiam vult Abb. in cap. Clem. in l. 1. supra de restitu. spoliat. aut ille poterat occidi de jure positivo, ut dicitur & similes & tunc teneo in foro animae istam contrarietatem; & nota hanc distinctionem, quae nullus ponit.) Haec ille. Et subdit, licet nimis auctoriter (& est vera licet hoc est in coelo.) Pro defensione autem rerum temporaliu possit quis occidi de jure civili tantum secundum opinionem Legistarum, non autem de jure naturali vel Divino, ut patet infra à n. 13. imò nec de jure Ecclesiastico positivo, ut clare probatur in hac Decretali, intelligendo illa verba, te tuaque, copulativè, prout Canonice communitur intelligitur.

Sed objicere. Dum textus in principio dicit non licere furem interficere, ubi comprehendi cum rebus potest absque occisione, à contrario sensu videtur decidere, ut hic comprehendi non potest; & sic pro necessaria rerum defensione bene liceat illum interficere. Dum vero postea in secunda parte dicitur licere furem occidere pro defensione personae & rerum; verba illa, te tuaque, intelligi debent alternativè te vel tua, ita ut etiam pro sola defensione rerum liceat occidere furem ubi comprehendi non poterat, ne alioquin si intelligerentur conjunctivè, haec secunda pars esset contraria primae, in qua decium est licere furem interficere pro defensione rerum tantum, ubi non poterat comprehendi; & sic copula, &, resolvitur in disjunctivam licet fieri debet, ubi necesse est, per id quod legitur & notatur in cap. Quamvis, in gloss. in verb. Quamvis, supra de jurjur. & in l. 1. de casus, ff. de condit. & demonstr. & per Bald. in l. 2. ff. de ad. emp. qui intellectus videtur ex mente Cajetani in 2. 2. quest. 54. art. 7. in 2. Dubio, vers. Decretalis autem illa, licet obicere loquatur; sed apertius ita hanc litteram exponit Covarr. in Clem. Si furiosus, par. 3. §. Unde, na. 6. vers. Sed & ad textum; quod similiter loquitur copulativè hic, pro vita & rebus; & tamen justus metus de quo agit à Doctores intelligitur disjunctivè, sive interveniat periculum vitae, sive amissionis bonorum per ea quae habentur in c. Abbas, supra quod Fagnan. in V. Lib. Decretal.

c. Interfecisti.

met. caus. & in c. Frequens, de restitu. spoliat. lib. 6. ut hic per Jan. de Anan. n. 9.

Carcerum hac dicta sunt magis subtiliter, quam verè, quoniam textus in princ. neque directè, neque à contrario sensu dicitur licere furem interficere pro sola defensione rerum, sed tantummodo in sensu directo dicitur non licere illum occidere, ubi poterat comprehendi; nec dicit cum rebus ut supplet Covarr. & à contrario dicitur furem posse occidi, ubi comprehendi non poterat. Hoc autem debet intelligi in casu in quo suberat periculum rerum & personae simul, quia pars prima quae indistinctè loquitur debet declarari per secundam specialiter loquentem juxta text. in l. Quamvis, §. fin. ff. ad leg. Aquil. ita ut sensus; interfecisti furem qui te & tua invaleret ubi comprehendi poterat absque occisione, age penitentiam de peccato, si autem interfecisti illum, ubi comprehendi non poterat & sic te tuaque liberando non teneris agere penitentiam, nisi ad cautelam. Quo sensu advertiva illa, si autem, retinet propriam naturam, ut exigit Cajetanus; & copula, &, remanet in propria significatione secundum quam requirit amorum concursus, ut leg. Si haeredit. ff. de condit. & demonstr. nec debet in disjunctivam resolvì absque necessitate, ut in iuribus in contrarium citatis n. 9. Atque ita haec verba, te tuaque, esse conjunctivè accipienda, ito ut pro salvandis rebus tantum non liceat furem occidere & tenet gloss. in v. Pugiens, in summas 23. quest. 3. & notat hic Abb. n. 2. Joan. de Anan. n. 6. & Marian. Socin. n. 8. idem dicunt in c. Susceperimus, infra eod. Host. n. 3. in verb. Tam acriter Joan. Andr. n. 3. in verb. Arter, Burr. n. 6. vers. Secundo casu, Cardin. n. 2. vers. Oppono Marian. Socin. n. 7. & reliqui omnes, dum ponderant hanc litteram non dicere te vel tua, sed te tuaque, & ita hic non agi de defensione rerum tantum, sed rerum & personae simul à quorum interpretatione non videtur recedendum, quiddam dicant Theologi, quia haec est propria mensura Canonistarum.

Præterea hujus intellectus veritatem ego à la consideratione ostendo, ni fallor, apertissimè; & ante omnia pondero differentiam inter furem nocturnum & diurnum, nam fur nocturnus occidi potest impune, tam de jure civili ex lege duodecim tabularum, ut in l. Itaque, §. Lex, ff. ad leg. Aquil. & leg. Furem, ff. ad leg. Cornelia, de Sicar. quàm de jure Canonico, ut in c. proximi, inf. eod. Imò etiam de jure Divino, nam ut legitur Exodi 22. Si effragens fur domum suam sufficiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit; percussor non erit reus sanguinis. Fur autem diurnus non potest impune occidi; sequitur enim in sacro textu: Quod si arto solo hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Idemque habetur in d. cap. proximo infra eodem, & in d. l. Itaque. Deinde pondero rationem diverfitatis quam assignat Augustinus in eodem cap. proximo exponens hanc ipsam Exodi auctoritatem, quia licet occidens furem arto solo hoc fecerit, potest discernere quòd ad furandum, non ad occidendum venisset, & ideo non debuit occidi. Quae ratio probat à contrario, propter furem nocturnum occidi posse, quis incertum est, an venerit animo occidendi vel furandi, & ita subest periculum personae, & rerum simul. E contra vero furem diurnum non debere occidi, quia agitur de periculo rerum non autem personae; Cum enim telo se non defendat, jam intelligi potest ad furandum non ad occidendum venisse; quod clare adnotavit gloss. in d. Itaque, §. Lex in ver. ut tamen in fin. (Quia inquit, in die propter periculum rerum non potest occidi licet cum rebus fugiat, sed in nocte sic.) Et quamvis gloss. hic ante finem, & in dict. l. Furem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. assignet etiam alienam rationem diverfitatis, quia scilicet nocturnum si recedat cum rebus postea non recognoscatur. Quòd factus est in diurno qui poterit accusari, & ideo debet dimitti; tamen haec ratio non videtur congruere litterae, d. l. Furem, ubi qui furem nocturnum occidit, ita demum impunis evadit, si percere ei sine suo periculo non potest; dicit enim periculo suo & non rerum & sic considerat tantummodo periculum personae, ut advertit hic Joan. de Anan. & latius dicam infra n. 18.

Præterea si valeret haec ratio, non liceret furem diurnum occidere, etiam cum telo se defendit, quia etiam tunc potest cognosci & accusari & sic deberet dimitti, cuius tamen contrarium deciditur in d. §. Lex & in c. prox. infra eod. Et certe non alia ratione, nisi quia cum refugit telo agitur etiam de periculo personae, ea enim plus est quam fur, ut dicitur in eodem capite. Sed quiddam dicit gloss. Juris Civili, secundum Canone, praevalet ratio hic expressa, quia scilicet discerni potest, quòd fur diurnus venerit ad furandum non ad occidendum, & ideo non debet occidi. Quibus ponderatis haec Decretalis dum in principio loquitur alternativè de interfecione furis aut latronis, pro fure intelligit nocturnum, pro latrone autem diurnum, ut post Goffred. nota hic Barr. n. 6. & Joan. de Anan. n. 1. & Cardin. in c. Susceperimus, in 1. notab. infra eodem, nam & si fur &

17 chidici. in cap. Placuit, 50. dist. num. 4. dicens: (Apostatarum duo sunt genera principalia. Alii namque apostatae à fide Christi ad cultum idolotrarum; Alii à religione ad seculariorem statum secundum rigorem Canonum; nec illi, nec isti etiam post acceptam poenitentiam possunt promoveri.) Et infra num. 6. (Sed pone quòd aliquis de majori religione transiit ad minorem, numquid ille dicitur apostata? Dicit Innocentius, quod non, quia in nullo venit contra ea, quae sunt de substantia ordinis, cum semper sit in alicujus obedientia, nam non dicitur apostata proprie, nisi qui ad saeculum redit.) Allegat etiam pro hac sententia Joan. Vincent. Goffred. & Bernard. in dict. cap. Ex parte, de temp. ordinat. & sequitur Prapof. in §. Apostata, post dict. cap. Placuit, num. 2. 30. dist.

18 Similiter transeuntem ad laxiorem non esse excommunicatum, neque apostatam contulit Lopus alleg. 25. incip. An transiens ad laxiorem religionem, & Ludovic. Roman. conf. 34. incipien. Circa primum consultationis articulum, ubi quaerens an religiosus migrans ad alium ordinem regulae laxioris & ejus habitu proprio relicto, alienum recipiens, incidat in apostasiam, sic distinguit: (Aut quaeritur an incurrat apostasiam minorem, hoc est an sit apostata largè sumpto vocabulo, & dicendum quod sic, quia eo ipso, quod Religiosus migrat à Monasterio, & non est sub obedientia sui Praelati, largè apostata dicitur, ut notat Innocentius in cap. final. de renunc. Aut quaeritur an incurrat apostasiam majorem, quae est indispensabilis juxta cap. fin. de aposi. & tunc dicendum quod non, quia si Monachus ad aliam transeat religionem etiam laxiorem non habita licentia, ibique ordinem suscipiat, poterit in suscepto ordine sine dispensatione ministrare, ille est textus in cap. Ex parte, de temp. ordi. n. Ceterum nec ex hujusmodi habitu susceptione, & primi dimissione censetur incurrisse sententiam excommunicationis ipso facto, quam in religiosos profert capite secundo, Ne Clerici vel Monachi, libro sexto. Quoniam ille textus loquitur quando quis proprium habitum dimittit & vagatur, quod cessat in eo qui aliam religionem, quamvis laxiorem ingreditur.) Hæc Rom. qui allegat pro hac sententia Joannem Andream in c. Joannes de reg. quidquid dixerit Guillelmus Nalo in c. Sani, eod. tit. Item tenent Gemin. & Franc. in d. c. 2. Calc. conf. 123. ad primum, col. 2. verfi. Secundo pro hoc facit. Joan. Staphil. in tract. de litter. grat. & just. col. antepenult. juxta partem ingressionem, versiculo Credo tamen quòd transiit & Rebullus in praxi beneficiorum sub titulo de translatione Monachorum, n. 11.

19 Quae sententia satis confirmatur etiam ex ipsa apostasiae de-



fritione quae aliud non est quam temerarius recessus à statu fidei, obedientiae vel religionis secundum Host in summa de apostat. & Joan. de Anan. d. c. Ex parte ante n. 2. de temp. ord. & Alber. in Dictionario in verb. Apostasia & est ex mente D. Thomae secundum Silvestrum in verbo Apostasia in princ. Qui autem transit ad laxiorem religionem absque legitima licentia, quamvis transeat inordinatè & graviter peccet, tamen nec recedit à fide, nec ab obedientia, nec à Religione, ut per Innoc. Archid. & Prapof. loc. cit. Ad quod confert etiam ipsa vocabuli etimologia, dicitur enim apostata ab Apo, quod est de & Istimi, quod est sisto, indè apostata, id est delitens, retrò ebiens à fide vel Religione secundum Hugonem & Archidiconum ubi supra & Silvestrum loco cit.

Ex quibus patet hunc Regularem qui ex Religione Capucini-
10 norum transiit absque licentia ad Religionem Minorum de
obstantia, proprie non esse apostatam nec incidisse in ex-
communicationem statutam in dicto capite Ut periculosa,
Ne Cleric. vel Monach. libro sexto & in capite finali 50.
dist.

Rursus patet hunc non esse irregularem nec suspensum,
qui saltem possit dispensari à suo Superiore Regulari. Vide-
tur tamen egere hujusmodi dispensatione, si transiit fuerit
publicus, propter Doctrinam Innocentii, Butrii & aliorum
in dicto cap. Ex parte, quos superius retulimus num. 13. &
segg.

Non obstat quòd postea fuerit ejectus à secunda Religione
21 & diu in seculo permanerit sine habitu, id enim fecit ut in
facto supponitur, quia Religio Capucinorum noluit eum
amplius recipere, undè ex hoc cap. non fuit apostata &c.
cum non fletierit per eum quominus reverteretur atque ita
incederet in habitu seculari sine causa prout requiritur ad hoc
ut sit proprie apostata secundum Innoc. ubi supra & Archid.
in d. c. Placuit 50. dist. praesertim, quia Superiores primae
Religionis sunt in culpa, cum teneantur suos Monachos in-
debitè à Religione abeuntes annuatim requirere & ad Monas-
terium revocare, ut est textus in c. fin. de reg. Item h. betur
in c. Joannes, c. Non est à nobis & c. Sani eod. tit. ubi patet
Monachos post emissam in uno ordine professionem non posse
recipi in alio ordine laxiori sine requisita solemnitate, ac si
recepti fuerint, jubentur reddi primis Monasteriis. Ad idem
c. Abbates 18. q. 2. ubi est expressum Monachos unius ordinis
professos in alio illicitè pervagantes fore per Abbatem cum
auxilio Episcopi ad proprium Monasterium revocandos. Et ita
ex facto respondit Lud. Rom. d. conf. 341. n. 2. & seg. verfi.
Secundò quaesitum est.



DE HOMICIDIO VOLUNTARIO VEL CASUALI.

In Exodo.

CAPUT I.

SI quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias; ab altari meo
Sevelles eum, ut moriatur.

SUMMARIUM.

- 1 Celestia non profert sententiam sanguinis.
- 2 Moriatur verbis qualiter intelligatur & n. seq. usque in finem.
- 3 Homicida incorrigibilis debet deponi & tradi curiae seculari ut moriatur.
- 4 Intellectus, c. Delatori, 5. q. ult.

- Delator quòd ponit sit multandus ibid.
- Lingua capulari & caput amputari, quomodo intelligatur, ibid.
- 5 Deposito habetur instar mortis.
- 6 Homicida ex proposito debet deponi ab Altaris ministerio.

1 **S**I quis. Communiter non summat, tum quia breve est, tum quia multiplices habet lecturas, praecipue ob illa verba ab Altari meo sevelles eum, ut moriatur; cum enim Ecclesia non profert sententiam sanguinis, c. His à quibus 23. q. 8. c. 1. & 2. 51. dist. c. Clerici & c. Sententiam ne Cler. vel Monach. multum torquentur Doctores circa intellectum illius verbi moriatur, Vincentius exponit monatur, id est in peccatis vel ad poenitentiam humiliter, c. Quis est, §. dist. Goffred. exponit moriatur peccatum, id est agat poenitentiam, similis expositio, c. Quae Christo & c. De sila 27. q. 1. & juxta hunc intellectum sic summat Card. Homicida de industria, id est ex proposito, subjiciendus est morti Spirituali, sed alii ut Petrus de Anchar. in c. Cum non ab homine n. 10. verfi. In contrarium de judic. Abb. in c. At si Clerici n. 41. verfi. Ad titio eod. tit. & Joan. de Anan. hic n. 4. & 5. intellexerunt hoc c. In Clerico qui pro crimine atrocissimo, sicut est homicidium ex insidiis seu cum prodicione non expectata incorrigibilitate statim potest degradari & tradi Curiae seculari, ut luit poenam ultimi supplicii, non per Episcopum qui evellit eum ab Altari, cum Ecclesia non imponat poenam mortis corporalis, sed per executionem iudicis secularis, propterea enim littera dicit moriatur, in tertia persona, sed hunc intellectum plene consultavi in d. c. Cum non ab homine n. 36. usque ad n. 47. reprobata opinione Anchar. & Abb. d. n. 36. usque in finem, Mitius autem Host. hic n. 4. intellexit hunc textum in Clerico, dummodo sit incorrigibilis & non alius per id quod legitur & notatur in d. c. Cum non ab homine & traditionem Curiae seculari dixit fieri debere ad praescriptum, c. Novimus de verb. signif. & juxta hanc lecturam textus summat sic secundum Abbatem, Joannem de Anan. Marian. Socin. & Felin. homicida incorrigibilis debet deponi & tradi Curiae seculari, ut moriatur, sed certe hic verbum nullum de incorrigibilitate, & dictum c. Cum non ab homine, loquitur de homicidio indefinitè, hæc autem Decretalis de homicidio ex insidiis seu cum prodicione. Item cum lex Exodi quae hic recitatur nunc sit redacta inter Constitutiones Canonicas, Ecclesia non debet intruere iudicem secularem, ut Clerico degradato imponeret poenam mortis, cum potius debeat efficaciter intercedere ut eam poenam moderetur, ut legitur in d. c. Novimus & impleret Host. faretur. Neque obstant textus in c. Delatori, 5. q. ult. ubi dicitur, Delatori autem lingua capuletur aut convictio caput amputetur; & sic Papa docet quid facere debeat iudex secularis, ut hic notat

glossa in verbo Lingua. Id inquam non obstat, quoniam ut dicunt hic Hugo & Laurentius & post eos Archid. Bellam. Turcrem. & Gemin. verbum capuletur exponitur, id est officium linguae auferatur, id est privetur executione officii retento beneficio & dignitate; & caput amputetur, id est dignitas & beneficium ei auferatur & disponatur, sic per Capitationem linguae intelligitur amissio beneficii, per capitis amputationem amissio dignitatis sive beneficii, & depositio & hæc si Clericus est; si vero sit laicus sic exponitur. Lingua capuletur, id est in perpetuum silentium standi in aliqua Ecclesia imponatur & caput amputetur; id est dignitas auferatur si quam habet, si minus caput, id est bona fama; & sic quali perpetuo erit infamis, undè secundum Petrum de Sampsonem relatum hic ab Archidicono n. 3. melius est ut illam litteram mitticè intelligamus; & secundum hoc ille textus potius confirmat expositiones Vincentii & Goffredi de quibus supra in princ. Alii verò ut glossa hic in verbo per insidias & Host. in princ. in verbo Altari meo & Arret. in d. c. Cum non ab homine n. 59. intelligunt hunc textum in laico qui ex proposito homicidium committit, nam si confugiat ad Ecclesiam & tenet Altare, debet tamen indè evelli & sic non gaudet immunitate Ecclesiae; & juxta hunc intellectum textus summat sic, homicida ex proposito non gaudet immunitatibus Ecclesiasticis, ut hic in glossa ante casum, sed neque hic intellectus placet seculis prodicione, quia videtur contra c. fin. de immun. Eccles. & debuisset potius collocari sub illo titulo secundum Abbatem & Joannem de Anan. Item huc expositioni non congruit verbum moriatur, quia sive agatur de Clerico, sive de laico qui immunitate non gaudet, nullo casu Ecclesia debet indicare potestati seculari, ut eum morte afficiat, ut d. c. Novimus de verb. signif. & propterea Innoc. hic in fine dixit hanc Decretalem loqui de Altari veteris Testamenti quod non erat ejus autoritatis cuius sunt nostra Altaria, sed hic intellectus non videtur placere Hostiensii hic in fine.

Exponamus ergò verbum moriatur, id est deponatur quod
5 habetur instar mortis, §. Quia ergò 2. q. 7. secundum Joan.
Andr. hic n. 6. in verbo Moriatur; & hic est communis intel-
lectus, ut attestatur Arret. in d. c. Cum non ab homine,
numero 59. de judic. & hic dixi numero 41. & juxta hanc
lecturam, Decretalis summat sic. Homicida ex propo-
6 sito debet deponi ab Altaris ministerio. Hoc dicit Abbas
Siculus, Joannes de Anan. & Marianus Socinus.

latro aliquando sint synonyma, ut in dict. cap. Suscepimus, & proprie sic dicitur qui clam furatur & latro qui palam, ut hic dixi in e. notat. Tamen quia furta clam & obicure fiunt & plerumque de nocte, ut dicitur in l. i. ff. de furtis; ideo communiter fures appellari solent qui noctu, latrones vero qui interdiu & palam furantur. Dum ergo textus in prima parte hic dicit: interfecisti furem, aut latronem, ubi alius poterat comprehendi obique occasione, age penitentiam, &c. Sensus est, Non licet tibi furem live nocturnum, sive diurnum interficere, ubi capi poterat sine occasione, quia eo casu defunctio personæ & rerum non erat inevitabilis, prout requiritur ad hoc ut liceat invasorem occidere ut in Clem. Si furiosus de homicid. Si autem comprehendi non poterat, tunc ita demum eris ab homicidio immunis, si eum interfecisti, ut te utaque liberares & sic pro defensione personæ & rerum simul, puta quia fur nocturnus erat aut si diurnus, tunc tamen relictus, quo sensu hic textus concordat cum capite sequenti & probat conclusenter pro sola rerum defensione, nullo casu furem occidi posse sine peccato, etiam si res aliter salvari non possint, quam occidendo.

- 13 Non obstat fundamentum Cajetani in 2. 2. quæst. 64. art. 7. quod plus tenetur quis curam habere rerum suarum que sunt adminicula vite sue & virtutis atque felicitatis, quam alienæ vite præterquam in casu necessitatis, ut in e. Fajce, 86. dist. & consequenter liceat pro rebus suis conservandis alium occidere. Respondetur enim negando hanc consequentiam, nam de tutor magis tenetur habere curam rerum pupilli que tibi est officio incumbit, quam vite alterius secundum rationationem Cajetani. Etiam in quolibet administratore, depositario & consimilibus. Et tamen nemo auderet affirmare pro salvandis rebus pupilli posse tutorem sine peccato occidere spoliatorem. Similiter autem respondenti dare instantiam ad tollendam vim consequentia ut pro 14 Arit. 8. Topicor. declarat gloss. 2. in e. Sicut argen. 1. q. 1. & Joan. de Anan. in e. Suscepimus, n. 5. vers. Facit etiam, infra eodem. Præterea non est bona consequentia. Minus tenetur quis habere curam vite proximi quam rerum suarum, ergo pro salvandis rebus potest proximum suum occidere, arguit enim a negligentia, seu culpa negativa in omitendo, pro ut est non habere curam rerum suarum ad culpam positivam in committendo prout est proximum occidere. At nulla est proportio inter omissionem curæ rerum temporalium & destructionem vite alterius. Quod clarè constat ex autoritate Augustini in primo libro de libero arbitrio, c. 5. prope fin. tom. 1. relati à D. Thom. in 2. 2. qu. 64. art. 7. in 2. argum. contrario, ubi ait: Quomodo apud Deum Providentiam à peccato liberti sunt qui pro his rebus quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt? Idemque patet ex capite. Suscepimus, infra eod. hic Expeditur potius rerum sustinere jacturam quam pro rebus vilibus & transitoriis tam acriter in alios exarsescere.
- 15 Sed urgebitur; pecunie & patrimonium dicuntur vita hominis, ita ut qui patrimonium perdit, dicatur vitam perdere, ut notat gloss. & Bald. in l. Advocati, Cod. de advoc. divers. judic. & probatur ex illa littera, ubi qui defendit alicujus patrimonium, dicitur defendere ejus vitam. Sicut ergo licet hominem occidere pro defensione vite ut in Clem. Si furiosus de homicid. ita & pro defensione patrimonii.
- 16 At responderi potest hanc æquiparationem procedere secundum analogiam & quoad quid, videlicet, quia de pecunia & patrimonio homo vivit non tamen procedere quoad hoc, ut pro defensione rerum liceat hominem occidere cum vita hominis sit rebus pretiosior, l. Sancimus ad fin. & hic gloss. in verb. Animus hominum, Cod. de iurorant. Eccles. & patet exemplo Clerici qui pro defensione vite potest occidere invasorem, ut in d. Clem. Si furiosus. Et tamen non potest pro defensione rerum occidere spoliatorem, ut est casus apertissimus in dict. cap. Suscepimus, & hic dixi infra eodem. Et in specie respondet ibi Joan. de Anan. n. 5. vers. Nec obstat si dicitur; Præterea hujusmodi æquiparatio posset procedere in foro judiciali & de jure civili, non autem in foro penitentiali & secundum Canones qui indirectè prohibent pro rebus transitoriis effundere sanguinem & humana cæde se pollueri, ut proximè dictum est.
- 18 Quin imò non esset ponere eos in Coelum si attentaretur nec de jure civili licitum esse laico furem vel spoliatorem occidere pro rebus tuendis ab invasione & rapina, nam jura

quibus inicitur opinio Juristarum loquuntur per verba denotantia defensionem personæ, non autem rerum & accurate obicit hic Jo. de Anan. n. 8. vers. Adde etiam præd. textus enim in d. l. Itaque in princip. ff. ad leg. Aquil. dicit: Si occidero latronem sustulissent mihi securus era, pondera verbum mihi, non enim dicit rebus meis; imò subdit, nam adversus vericulum naturalis ratio permittit se defendere. Pondera verbum se, quia non dicit sua, & in leg. seq. subiungit; Si metu mortis quis furem occiderit, non tenetur, non dicit metu bonorum, sed metu mortis. Item textus in d. l. Furem, ff. ad leg. Cornelium de Sicar. excusat eum qui occidit furem nocturnum, si parere ei sine suo periculo non possit. Dicit suo periculo, non autem periculo bonorum. Item textus in l. Scientiam, §. Qui cum alter, ff. ad leg. Aquil. dicit, qui cum alter se tuum non possit, damni cultum dederant, innoxii sunt. Pondera eodem modo verbum se, non enim dicit sua. Ita etiam loquitur textus in capite 1. §. Si quis hominem, in tit. de pace tenenda, hic, Vitam suam defendendo; non enim dicit bona sua. Et tenendo hanc opinionem non obstat textus cum glossa, in l. Ut vim, ff. de just. & jure & in l. 3. §. Eximigra, ff. de vi & vi arm. quia littera hic dicit licitum esse vim vi repellere & rejicere, sed non dicit occidere. Imò in d. l. Ut vim subiungitur ratio, nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure scilicet existimatur. Similiter textus in d. l. Scientiam §. Qui cum alter, ff. ad leg. Aquil. Dicit enim vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittunt; nec loquitur de occasione. Et ita etiam potest intelligi textus in l. i. Cod. Unde vi, ubi littera dicit propulsare licet, nam illud verbum non importat ut possit occidere. Præterea hic dicitur licitum esse vim vi propulsare, dummodò id fiat cum moderamine inculpate tutelæ. In hoc autem moderamine alius omisit do quibus ibi gloss. in ver. Moderatione præcipue spectandus est modus, ut scilicet si in armis inferatur violentia, armis repellatur, si sine armis simili modo repelli debeat, ut l. 1. §. vim vi & l. 3. ff. de vi & vi arm. Unde pugnum vel alapam non liceret gladio propulsare nisi in casu de quo per gloss. præalleg. & Barol. Multo autem minus videtur servari hoc moderamen, si tu aures mihi bona & ego aures tibi vitam, nam quilibet injuria corporalis major est quavis reali, l. Insuperum, in fine ff. de san. Barol. in d. l. 1. n. 9. vers. Sed omnis injuria, Cod. Unde vi. Et sic opinio Legistarum desinitur autoritate, quia nulla lex expresse loquitur de occasione nisi furis nocturni aut diurni telo resistentis, quorum occisio permissa est, quia tunc agitur non tantum de periculo rerum, sed etiam personæ, ut abundè ostensum est supra à n. 7. & sic servatur eo casu æqualitas modi & moderamen inculpate tutelæ.

Et secundum hoc consideratio Covarruviz supra citati n. 5. contra ipsam retorquetur. Nam si non est constituenda differentia inter jus civile & canonicum & inter forum contentiosum & penitentialium sine manifesta autoritate, ut ipse dicit, profectò hinc sequitur ut homicidium spoliatoris pro sola rerum defensione puniri debeat etiam in foro seculari, quoniam de jure canonico hoc expresse reperitur sancitum, ut non liceat furem interficere nisi pro defensione rerum & personæ simul, ut late probavimus. Nec apparet de jure civili aliquid dispositum in contrarium, ut proximè dictum est, Stabimus ergo juri canonico in utroque foro, ut per Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 49. vers. Secunda declaratio de Constit. ubi post Butr. Imol. Abb. & Joan. de Anan. quos citat, concludit etiam in terris Imperii & in foro seculari standum esse Canonis in materia in qua non est expressa decisio juris civilis, sed tantummodò sunt opiniones inter Legistas.

Sed quidquid sit de jure civili, certè secundum Canones in foro saltem penitentiali & quoad Deum absolute credimus non posse laicum sine peccato occidere spoliatorem secundum commune Canonistarum sententiam. Et vide Silvestr. in verb. Excommunicatio 6. quæst. 1. vers. Est autem quòd verum diceret, ubi limitat tribus modis. Quòd multò clarius procedit in materia irregularitatis. Undè Navarr. in Manual. c. 14. n. 3. Quamvis excuset à mortali peccato eum qui occidit pro justa defensione proximi vel sui honoris, vel rei familiaris, illum tamen non excusat ab irregularitate prout nec excusat Silvest. ubi supra, vers. Undè dico. Facit quod not. gloss. penult. in dict. Clem. Si furiosus, de homicid.

DE HOMICIDIO

Alexander III. Exonien. Episcopo.

CAPUT VI.

Sicut dignum: & infra. Sanè cum vir discretus existas: plenius nosti, quòd in excessibus singularium, non solum quantitas & qualitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda, & non solum secundum locum & tempus quo delictum committitur, unicuique penitentia debet indici: cum idem excessus magis fit in uno, quam in alio puniendus.

Illi autem, quia animo occidendi, ferendi, aut capiendi illum sanctum & reverendum virum quondam Cantuarien. Archiepiscopum, citra manuum injectionem se fatentur venisse: si de illa captione mors ejus secuta fuisset, pari penitentia vel ferè pari existerent puniendi.

Illi etiam, qui non ut ferirent, sed ut percussoribus opem ferrent, si fortè per aliorum volentiam impedirentur, paulò minori debent pœna mulctari, quia cum scriptum sit: Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, eum occidit, constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt, nec caret scrupulo societatis occultè, qui manifesto facinori desinit obviare.

Qui verò se asserunt animus regis inflammasse ad odium, undè homicidium fuit secutum, durè & asperè, sed non ita severè tunc puniendi; nisi fortè regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus provocassent.

Hi quoque non sunt à culpa liberi, nec à pœna debent esse immunes, qui licèt fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios esse sciebant, in sarcinis custodiendi ministerium præbuerant.

Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri, & suorum post mortem ejus spolia occupasse: si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis ejus arbitrari esse immunes, sed quæ occuparunt, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, undè possint ea reddere, & ipsis hoc moderata est penitentia injungenda, quia licèt quædam ex his, quæ occupaverunt, fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena, (cum ipsa potuissent eis, quorum fuerint restituere) debuerunt pauperibus erogare.

Illis præterea, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis mora, quo in eadem nequitia perdurarunt, & inquisito, si eis timore vel affectione communicaverint scienter vel ignoranter, est penitentia indicenda.

Clericos autem quos constat armatos interfuisse tanto facinori, & illos, qui consilium dederunt, ut sanctus vir caperetur, perpetuò non solum ab Altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiam quod in Ecclesiis nullo umquam tempore lectiones legant, vel responsoria in choro separatim cantent, sed in psalmis apud Deum de commisso fatagant veniam impetrare. Insuper in districto claustrò Monachorum vel Canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi, ita quod usque ad septennium vel quinquennium, debeant ab Ecclesiarum introitu coerceri.

SUMMARIUM.

- 1 Canonici irregularis ex homicidio voluntario an possit in Choro cum aliis psallere & n. seqq.
- 2 Lectiones non legit, nec responsoria separatim cantat.
- 3 Clericus sic irregularis & est deponendus non solum propter homicidium per se commissum, sed etiam propter homicidium commissum ejus auxilio, consilio, vel favore & n. 5.
- 4 Nec ministrat in Ordinibus etiam minoribus.
- 5 Statuta penitentia homicidæ verificantur etiam in mandantibus fieri homicidium.
- 6 Nisi aliquid exprimat per quod reale homicidium intelligatur.

Sicut dignum. Summatim de paragrapho in paragrapho ut per Abb. n. 1. In paragrapho; Clericos, notat singulariter hunc textum quia solvit dubium, quod nuper contigit in S. Congregatione Concilii, an Canonici irregularis ex homicidio voluntario possit in choro cum aliis psallere, textus decidit, ut Clerici qui in necem Beati Thomae Cantuariensis auxilium consilium vel favorem presterunt, non solum ab Altaris ministerio deponantur, sed etiam ut in Ecclesia nullo unquam tempore lectiones legant vel responsoria in choro separatim cantent, sed in plinax apud Deum de commisso fatigant veniam impetrare.

Innocentius hic in fine arguens a contrario sensu ex verb. Separatim, dicit, quando eum omnes cantant & ipsi cantare possunt. Idem Tancred. & Abb. Antiqui. in fine in verb. Separatim, sed Host n. 16. in eod. verb. dicit primo istos Clericos responsoria non posse dicere per se, cum dicunt Tertiam; & alias Horas Canonicas, quod aliis possent ex dispensatione Episcopi, ut notatur in capite ad audientiam §. 1. in fine infra eod. deinde dicit, quod si tamen dicitur, hic prater plinaxmodum tectum non videtur eis aliud reservari; & cum Host. transiunt simpliciter Joan. Andr. n. 12. Butr. n. 24. in verb. Clericos, Anchar. n. 9. in 11. notab. & Joan. de Anan. in hoc paragrapho. Clericos, numero primo, verum Cardinalis, numero quarto, dicit sibi magis placere primam opinionem Tancredi. & Innoc. quae & mihi magis placet, nam isti Clerici irregularis nec separatim, nec cum aliis canere possunt, ad quid text. dixisset separatim; Et tamen hoc verbum non debet cenieri apponitum sine ministerio, cap. Si Papa, de privileg. lib. 6. restringitur ergo prohibitio ad eum casum duntaxat, ut lectiones non legant, nec responsoria separatim cantent: est autem magna ratio diversitatis secundum Cardin. quia quando

dicunt separatim, pius honoratur, sicut patet in illis choralibus, quibus honoris cultus precipitur, ut specialiter dicant antiphonam vel responsorium, & tunc opus videtur etiam adhibere Abb. Siculus num. 10. dum ait Clericum fieri irregularem; & esse deponendum non solum propter homicidium per se commissum, sed etiam propter homicidium commissum ejus auxilio, consilio vel favore, & sic depositum non posse in Ecclesia separatim cantare; ergo a contrario cum aliis potest. Adde quod opinio Hostien. vox possit servari sine scandalo, ut scilicet alii cantentibus, ipsi tacerent.

Adverte tamen, quia Clericus irregularis etiam non prohibetur in choro cum aliis canere, secundum praedicta, tamen prohibetur in Ordinibus etiam minoribus ministrare, ut notat Marian. Socin. in cap. Ad audientiam num. 105. infra eod. post Innoc. & Abb. in cap. 2. infra de Clerico pag. nante in ducto.

In gloss. Magna in verb. Constituta, nota singulariter hanc glossam, qua est magistra in materia singularitatis ex homicidio, & ut dicitur Joan. Andr. num. 18. vers. Et scias, Abb. & Marian. Socin. num. 11. ea quodlibet utitur alioquin non civis, inducitur eam ad intellectum statutorum punientium homicidas, ut venientes etiam in manibus fieri homicidium, si quod etiam inducitur iura in l. Si quis id, §. in fine ff. de falsis. non. judic. & in l. 2. §. Divus, ff. de iure fin. & in l. Judex, in secundo, C. de Judic. addit tamen Joan. Andr. & consentiunt aut, quod si statum aliquid exprimeret per quod reale homicidium intelligeretur, puta qui homicidium manu, vel ens impetravit, non esset locus statuto, ad quod facit cap. in infra, infra eod. & adde quod in proposito scripti in cap. Ad falsariorum num. 31. & seqq. infra de criminis falsi.



DE HOMICIDIO

Alexander III. Abbati S. Benedicti de Vebeja.

CAPUT X.

Suscipimus litteras tuas, per quas cognovimus, quod cum lator praesentium in custodia cujusdam domus cum altero fratre maneret, ingredienti de nocte quidam latrones eum, turpiter ipsos in personis affligere, & denudare vestimentis propriis praesumpserunt; in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligaverunt illos, & detinere usque ad notitiam capituli voluerunt: Cum autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures solvere niterentur, frater illos (ne ipse ab eis interimeretur) occidit. Verum quoniam expedit potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conservandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abtineat ille humiliter ab Altaris ministerio, & uterque peccatum suum ad arbitrium tuum studeat expiare: Constat enim eos contra mansuetudinem Ecclesiasticam, ex utriusque ope interemptos.

SUMMARIUM.

- 1 Regularis est is, cujus illicita opera homicidium sequitur.
- 2 Fur, & latro an, & in quo differant.
- 3 Latrocinantes qui dicuntur.
- 4 Furtum unde dicitur.
- 5 Clerico non licet pro rebus conservandis latronem interficere licet aliter res conservari non possint & num. 7. usque in finem.
- 6 Irregularitas contrahitur ab eo qui ligavit furem, sicut ab eo qui interfecit.
- 7 Clericus qui pro necessaria rerum defensione occidit furem vel spoliatorem an efficiatur irregularis & n. seqq. usque in finem.

- 8 Intellectus huius cap.
- 9 Clerici saeculares & Monachi quoad irregularitatem contrahendam non differunt.
- 10 Latronem capere & ligare licitum est etiam Clerico, dummodo id fieri possit sine homicidio & gravi sanguinis effusione.
- 11 Mansuetudini Ecclesiasticae convenit potius rerum sustinere iacturam, quam in alios acriter exardescere.
- 12 Clerico licitum est prosequi delinquentem usque ad satisfactionem damni & non ultra.
- 13 Clerico non licet ab rebus transitoriis armis se tueri & interficere spoliatorem, licet hostis fortior sit & sine armis impetat & spoliat.

- 14 Valerii Reginaldi opinio quod pro salvandis rebus trium vel quatuor ducatorum licet Clerico furem occidere, reprobat.
- 15 Intellectus Clem. si furiosus, de homic.
- 16 Irregularis est qui pro necessaria parentis, filii, conjugis vel alterius conjuncti defensione interficit aggressorem.
- 17 Maritum & uxorem esse duos in carne una, quomodo intelligatur.
- 18 Filius in quibus censetur eadem persona cum patre.
- 19 Irregularis est committens homicidium pro necessaria defensione proprii honoris.
- 20 Homicida est qui potuit hominem a morte liberare & non liberavit.
- 21 Injuriarum proximi & vicini qui negligit propulsare, videtur injuriantem favore.

Suscipimus. Is ex cujus illicita opera homicidium sequitur, irregularis est. Hoc dicit secundum Joannem Andream & omnes, vel sic homicidium imputatur ei qui fuit in culpa, sed magis inharendo licet secundum Abbatem antiquum & Felinum. Hoc intendit qui pro temporalium rerum conservatione aliquem interficit aut occasionem mortis praebet, irregularis censetur. Communis divisio. Secunda hic. Verum.

Nota primo haec verba furem & latronem esse sinonima, nam cum textus prius dixisset latrones, postea dixit fures, prout hic notat Abbas in l. not. & in c. 2. similiter in l. not. ubi etiam Mar. Soc. n. 2. supra eodem. Proprie tamen loquendo secundum glossam in lege cum duobus, §. Damna in verbo subreptum, ff. pro socio. Latrocinantes dicuntur qui in silvis stant, ut spoliatis transeuntes, fures de nocte in domibus, ut in Auth. Ut nullus iudic. §. penult. collat. 9. & l. 1. cod. de furtis, sed secundum Card. hic in l. not. fur appellatur nocturnus, latro diurnus; & idem post Goffredum dicit Joannes de Anan. in d. c. 2. n. 1. Verum haec differentia confunditur in c. Si perfoliens supra eod. & in l. Itaque, §. Lex, ff. Ad l. Aquil. ubi fur appellatur non tantum nocturnus, sed etiam diurnus. Item confunditur per textum in l. 1. ff. de furtis, ubi furtum dicitur a furto, id est nigro, quia clam & obicere fiat & plerumque de nocte, si plerumque, ergo non semper. Quare tu die, furem proprie appellari, qui clam furatur, ut in d. l. 1. nec distinguitur an nocte vel interdiu; & ita intelligitur textus in d. c. si perfoliens, latronem vero qui palam furatur, ut per Doctores in Authentica sed novo, codice de serv. fugit. Florianum in lege tertia in principio, ff. ad legem Aquilianam, licet Marianus Socinus hic numero 2. putes furem esse nomen generis & latronem speciei ita ut omnis latro sit fur, sed non e converso; quidquid tamen sit haec distinctio non est perpetua, ut inquit Joan. Andr. in ver. Latrones, num. 1. & Abb. ubi supra, quia nonnumquam fur, & latro pro eodem accipiuntur, ut hic vides.

Secundo nota ibi, rerum sustinere iacturam, Clerico non licere pro rebus conservandis latronem interficere, licet aliter res conservari non possint; & signa textum irrefragabilem contra opinionem recentiorum, qui tenent Clericum non esse irregularem, si pro necessaria rerum defensione occidat furem, vel raptorem, ut plenius dicam infra in prima quaest.

Ultimo nota, irregularitatem contrahi ab eo, qui ligavit fures, sicut ab eo qui interfecit secundum Anton. de Butr. num. 6. qui inter alia dicit vulgare proverbium: quod bene probat haec littera in fine, junctis gloss. ubi fures utriusque ope dicuntur fuisse interempti & tamen unus eorum non interfecit, sed tantum ligavit: ad hoc l. Item Mela, §. Statuas, ff. ad l. Aquil. ubi tenetur de damno ille qui tenuit, sicut ille qui percussit, atque ita utramque teneri de homicidio notant hic Abb. numer. 2. & Felin. in 1. notab.

Quero, an Clericus qui pro necessaria rerum defensione occidit furem, vel spoliatorem efficiatur irregularis.

Solutio questionis maxime pendet ex intellectu hujus Decretalis; legitur enim variè. Primus intellectus est Vincentii & Alani, qui arbitrati sunt quod hic deciditur habere locum in Monachis tantum, non autem in Clericis saecularibus, ut hic refert Henric. Boich. col. 2. post med. vers. Vel die secundum quosdam: nam secundum eos interfecit, res, de quibus loquitur haec constitutio iter perfectionis arripuerunt. Quare non licebat eis vim sibi illatam repellere, & repellendo in culpa fuerunt; idemque sentit Goffred. dicens hoc habere locum in Monachis, qui viam perfectionis arripuerunt; & idem post tunicam etiam pallium dimittere debuerunt, ut dicitur in littera; & est simile in cap. Aliud, 11. quest. 1. cap. Aliud, de penit. dist. 1. cap. Quod debetur, 14. quest. 1. & in cap. 1. 23. quest. 4. Verum hic primus intellectus nimis restringit litteram, quae licet loquatur in Monachis, tamen narrat factum prout contigit, sed ratio defensionis quod pro rebus temporalibus conservandis

- 22 Excommunicatus est permittens Clericum percussit si potuit prohibere & non prohibuit.
- 23 Metus ignominia viris bonis major quam mortis esse debet.
- 24 Defensio rerum temporalium regulariter non est sub precepto.
- 25 Intellectus, c. 2. supra eodem.
- 26 Intellectus, c. Dilecto de sent. excomm. lib. 6.
- 27 Clerico licet res proprias manu injungere, baculo & gladio defendere, dummodo non procedat ad seua.
- 28 Clericus occidens aut causam praebet occisioni pro defensione persona & rerum, an & quando incurrat irregularitatem.
- 29 Laico an liceat occidere latronem pro necessaria rerum defensione remissivo.

non licuerit tam acriter exardescere. Item verba illa, contra mansuetudinem Ecclesiasticam, & quae conveniunt Clericis saecularibus, ac Monachis, nec in materia irregularitatis, quae est in ordine ad ministerium Altaris, ut hic in fine & in cap. Presbiterum supra eodem, cum nullis similib. constituta est differentia inter Clericos saeculares & regulares. Ad quod adduco optimum simile in cap. Tua nos, infra eodem, ubi Religiosus chirurgiae artem exerceat si ex ea mors sequatur, declaratur irregularis; & quamvis littera loquatur in Monacho, quia sic fuit in facto, tamen intelligitur in quolibet alio Clerico saeculari, cum eadem sit ratio, ut ibi declarat Abb. in 1. notab. num. 2. in fine. & Marian. in Socin. in cap. Ad audientiam, num. 154. infra eodem, unde hunc intellectum non sequuntur Doctores; sed intelligitur textum promissive etiam in Clericis saecularibus.

Secundus intellectus, qui colligitur ex gloss. 1. hic in princip. est eorum qui opinati sunt, duos Monachos qui latrones ligaverunt idcirco incidisse in irregularitatem, quia exceperunt modum licitae defensionis; nam cum haberent res suas salvas, non debebant fures ligare, sed extra domum eicere: quem intellectum secutus Covarruv. in Clem. Si furiosus, de homicid. part. 3. §. Unic. num. 6. vers. Undecimo, & alii recentiores conati sunt tueri Clericum non esse irregularem si pro necessaria rerum defensione occidat furem, vel raptorem. Sed hic intellectus patitur difficultatem tam in facto, quam in jure. In facto quidem, quia ex hac littera non concluditur necessario ad praedicti Monachi possent res salvas habere absque eo quod latrones ligarent: potuit enim dari casus, ut eos ligare possent, & tamen non possent e domo eicere, l. Neque natales, C. de probat. In jure autem quia licitum est latrones capere & ligare dummodo id fieri possit sine homicidio, ac gravi sanguinis effusione; atque ita in hoc nullus fuit excessus, ut post Innoc. hic tenet Hostien. n. 1. in verb. Voluerunt. per text. in cap. Archiepiscopus de raptor. & in cap. Tua nos, infra hoc tit. & cum transit Joan. Andr. n. 7. in gloss. 1. ibi, capere Hen. Boich. col. 2. circa fin. vers. Vis cum Hostien. & alit communiter. Preterea textus non facit vim in eo quod Monachi aliter possent res suas salvas habere, imò fundit decisionem in ratione expressa in littera, quoniam inquit expedit potius post tunicam repellere pallium & rerum sustinere iacturam, quam pro conservandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere; & propterea praecipit Clericum qui opem praestitit homicidio abstinere a ministerio Altaris. Haec autem ratio concludenter probat non esse licitum Clericis effundere sanguinem iniquitatem pro rebus temporalibus etiam si nulla alta ratione conservari valeant. Atque ita hic consideratur excessus Monachorum in eo quia unus eorum homicidium & alter opem praestitit homicidio pro rebus conservandis, quod non licuit; non quia res possent aliter conservari, neque hic considerat textus, sed quia oportuit potius sustinere iacturam rerum, quam ad seua procedere contra mansuetudinem Ecclesiasticam, ut dicitur in fine textus. Rationem reddit Petr. de Anchar. num. 2. in 5. notab. videlicet quia Clerici usque ad satisfactionem damni licitum est prosequi delinquentem & non ultra, ut in capital. Postulasse, infra eodem & propterea, ut ipse ait, potius debent tolerare rerum iacturam, quam ad arma & homicidium profligare.

Atque hinc colligitur tertius intellectus, secundum quem haec Decretalis evidenter probat Clericum esse irregularem ex homicidio commisso pro defensione rerum quantumque necessaria & inevitabili, qui intellectus colligitur ex glossa prima versus Clericos vero, eumque uti verum & consonum litterae sequuntur Abb. Antiqui. in princ. Hostien. num. 3. in verb. Tam acriter Joan. Andr. num. 3. in verb. Acriter. Butr. num. 4. & num. 6. vers. Tertio casu, Cardin. num. 2. vers. Oppono Anchar. num. 2. in 4. notab. Hen. Boich. col. 2. circa med. vers. Et per intellectum, Abb. in 3. notab. Joan. de Anan. num. 5. vers. Nota quod Clericus, Marian. Socin. numer. 5. & 7. Felin. in princ. idem tenet Archid. in Summa, 23. quest. 8. in gloss. quae incipit, Ad de hoc, 13

ubi refert Vincentium & Laurentium dicentes non licere Clerico ob res suas transitorias armis se tueri & interficere spoliatores, quavis hostis fortior sit & sine armis impotens & spoliatus, ut hic & in cap. Conventio, 23. quæst. 8. & in hoc secundum Boich. ubi supra, concordant Holken. & Joan. Andr. hic & in cap. Petrus inf. eodem & Specul. in tit. de legat. §. Justa circa 10. col. vers. Illud etiam, in fine, ubi, secus si faciat Item Paul. & Math. in Clem. Si furiosus, de homic. relati à Mar. Socin. in cap. Ad audientiam, num. 187. infra eodem. Ex quibus apparet hanc esse unanimitatem Canonitarum sententiam, eamque communem esse testatur Mar. Soc. hic num. 7. quem etiam sequitur Navarr. in Manuali cap. 27. num. 211. & cap. 15. num. 5. item Plovius de irregular. regal. 37. Silveiter. in verb. Bellum, §. 7. Gonfal. à Villadego de irregul. cap. De percussore, col. 14. quorum sententiam majori & frequentiori Doctorum calculo receptam esse fateatur idem Covarr. in d. Clem. Si furiosus part. 3. §. Unic. num. 6. vers. Undecimo, licet incaute dixerit eam non probari in hoc textu; quem tamen melius intellexit Abb. in 3. notab. ubi formaliter ait (Nota casum appetitissimum, & notabilem quod pro rebus conser-vandis non licet Clerico occidere latronem, licet aliter res conservari non possent, imò potius debet sustinere omnem facturam rerum:) & nullibi ita bene probatur, ut hic; & hoc dictum Abbatis refert & sequitur Joan. de Anan. num. 5. ubi pondera verba illa, omnem iacturam, quæ ostendunt Clericum non excusari ab irregularitate ex homicidio commissio pro necessaria defensione rerum cuiuscumque sint valoris & quantitatis.

Unde patet quam malè Valerius Reginald. praxi fori penitentialis tom. 2. lib. 6. & totius operis, lib. 21. cap. 5. num. 64. & seq. & præcipue num. 68. scripserit posse etiam Clericum si res sibi subrepta excedant valorem trium, quatuor, aut quinque ducatorum sine peccato & incurfu irregularitatis interficere furem cum dictis rebus fugientem cap-tulpa in eum expulsa.

Sed præter textum hic probatur etiam hæc opinio in d. Clem. Si furiosus, de homic. ubi primò deciditur non esse irregulares ex homicidio, vel mutilatione usu rationis ca-rentes, ut furiosus, aut insanus, seu dormiens. Deindè sub-nectitur; & idem de illo censemus qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat inavorem, ergò secus in aliis casibus, argum. cap. Nonne de præsumpt. ut bene deducit Mar. Socin. in dist. capitul. Ad audientiam, num. 187. Præterea textus dicit inavorem suum, non dicit rerum, inuenis per hoc pro necessaria defensione personæ tantum, non autem rerum licere hominem occidere vel mutilare, unde etiam ex ea littera colligit glossa communiter approbata in verbo suum, irregulare esse qui pro necessaria parentis, filii, conjugis vel alterius conjuncti defensione interficit aggressorem, nam et si hoc videatur permiffum quoad aliam personam fori contentioni, ut plene per Bald. in repet. l. 1. cod. unde vi, tamen quoad irregularitatem fecit esse, quia occidens defendendo non est immunis ab irregularitate, nisi quando eliter mortem propriam vitare non potest, juxta litteram d. clem. ubi ultra glossam hoc tenent Lap. & Paul. item Marr. Card. Imola & Abb. in c. 2. de vita & honest. Cleric. & eam glossam dicit communiter receptam Navarr. in Manuali, c. 27. n. 113. quiddam contra scripserit Fortun. in l. Ut vim, col. 9. ff. de just. & jur. quem merito refellit idem Navarr. ubi supra; & dixi plenius in c. Petrus infra eodem. Et quamvis Math. in d. clem. si furiosus, dicat prædicta habere locum, præterquam in uxore & marito qui consentur una & eadem caro, ut c. Martinus de cognat. spir. c. i. i. i. c. si quis 30. q. 4. & c. Admonere 13. q. 5. hoc tamen communiter reprobat, teste Mar. Socin. in d. c. Ad audientiam n. 170. quia licet quoad generationem proli & alia bona Matrimonii consentur una caro, tamen secus est quoad alia. Quod patet à simili in filio qui censetur eadem persona cum patre quoad acquisitionem, leg. Quod dicitur, ff. de verb. oblig. & etiam quoad alia quædam, ut in §. Hanc auctoritatem 33. q. 3. non tamen quoad omnia, nisi quæ sunt in jure expressa ut per Mar. Soc. ubi supra.

Similiter ut ex littera d. clem. si furiosus deducitur glossa præallegata non vitat irregularitatem committens homicidium pro necessaria defensione proprii honoris, cuius optio in hoc quoque ferè ab omnibus recipitur, ut Navarr. testatur loc. cit.

Sic ergò in prædictis casibus non excusantur ab irregulari-tate qui occidunt vel mutilant, longè minus excusari debent qui hoc faciunt pro defensione rerum temporalium quantum-cumque necessaria & inevitabili. Si quidem ad defensionem proximi teneret quis è precepto, qui enim potuit hominem à morte liberare & non liberavit, homicida est, dixit textus in c. Sicut dignum, §. Illi etiam, supra eodem. Ad idem c. Non à in inferenda, hic Quæ enim non repellit à socio injuriam, si

potest, tam in vitio est quam ille qui facit, 23. q. 3. & in cen. seq. dicitur. Qui potest obviare & perturbare perverjos & non facit, nihil aliud est quam favore eorum impietati; & qui vicini & proximi negligit injuriam propulsa, videtur inju-riantem favore & participes ejus culpe, c. Dilecti de sent. excom. lib. 6. Imò excommunicatus est permittens Clericum percuti si potuit prohibere & non prohibuit, ut est textus in c. Quante, infra eod. tit. Similiter tenetur quis ad defensionem proprii honoris & famæ, ut in c. Non sunt aut enli 1. q. 3. ubi qui famam contemnunt, non solum impudentes, sed & crudeles appellantur, unde dicit textus in l. Ipsi, ff. quòd met. caus. Viris bonis metus ignominie major quam mortis esse debet. At verò defensio rerum temporalium non est in præ-cepto, ut hic patet, imò res proprias vel debitum dimittere perfectionis est, cap. Quod debetur 14. quæst. 1. cap. Aliud 11. quæst. 1. & patet Math. 11. Si quis abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium. Sanctus Thomas in 2. questione 93. articulo 8. & in 1. 2. questione 96. articulo quarto. Ergò pro de-fensione quantumlibet necessaria bonorum temporalium nulla-tenus licere debet Clerico spoliatores occidere aut mutilare.

Non obstat textus in c. 2. supra eodem, quia non dicit te vel tua, sed te tuasque; & sic hic far aut latro fuit occisus non pro defensione rerum tantum, sed personæ & rerum copula-tivè; & ita ad hunc textum respondent etiam Hostiensis, numero tertio in verbo Tam acriter, Joannes Andreas Hostiensis, numero tertio in verbo Acriter, Butr. numero sexto, vers. Secundo causa, Cardinalis n. 2. vers. Oppono. Mar. Soc. n. 7. & reliqui omnes.

Item non obstat, c. Dilecti, de sent. excom. lib. 6. ubi nedum laicis, sed etiam Clerico licet res solas etiam sine persona armis defendere, etenim hoc verum est invocando be-ctium faculare, ut hic & in c. res solas infra eodem; & ita hunc textum intelligit Holt. hic n. 4. secundum quem j. ingi debet quod notatur in c. Petrus infra eodem & in c. Ex multa, §. De Clerico, de voto; & sequitur Joannes Andreas n. 3. in eodem verbo Acriter, Anchar. n. 2. vers. Sed contra & Mar. Soc. n. 8. qui de comuni testatur, sed certè hic intellectus nimis restringit litteram hejus D. cre-talis; & contrarium tenet hic glossa fin. in verbo Bonis, unde concludit secundum Abbate n. 3. vers. Id certè & Mar. Soc. n. 8. pro defensione rerum licere quidem Clericis manus injicere & baculo vel gladio defendere, dummodò tamen non procedat ad seva & ad occisionem. Pro quo in-tellectu facit hæc littera hic tam acriter in alios exarsere. Non ergò prohibetur moderata defensio; & ita secundum eos videtur intelligere Innoc. in c. Si verò, et primo de sent. excom. & hæc sententiam tenit Joannes Andrea in d. cap. Dilecti & idem Abbas in d. cap. 2. supra de vita & honestate Clericorum, pro qua secundum Mar. Soc. facit textus in c. Olim, et primo de respo. spoli. junctâ clem. si furiosus, de homic.

Ex prædictis omnibus concludit. Quandoque Clericus facit aliquid ad defensionem personæ & rerum, quandoque ad defensionem personæ tantum, quandoque ad defensionem rerum tantum. Primo casu si defensio sit necessaria & inevitabilis non elicitur irregularitas, si ex tali facti homici-dium sequatur, ut notatur in c. 2. supra eodem & in clem. si su-rosus eod. tit. Si verò defensio sit quidem necessaria, sed non omnino inevitabilis, tunc non vitat irregularitatem, ut hic; & tenet glossa in princ. ad hoc c. Sicut supra eodem; & multò minus eam vitat, si nulla subitit necessitas juxta notata in d. c. Sicut dignum. Secundo casu dicimus per omnia quod dictum est in proximo membro. Tertio casu videlicet quando pro defensione rerum tantum dic si idem perpetravit homicidium sine dubio incurrit irregularitatem; & in hoc conveniunt omnes, ut abundè ostendit est supra. Si autem alius homici-dium commisit, tamen aliquo facto ipsius precedente, tunc distinguit, nam aut fuit in culpa vel diligentiâ non adh bit & incurrit irregularitatem; & in hoc casu loquitur hæc De-cretalis, quia secundum Innoc. & Doctores, Monachus qui latrones ligatos dimittit in custodia alterius, fuit in culpa, quia duos dimisit in custodia unius tantum & diligentiâ non adhibuit, quia illos non bene ligavit, debuit enim cogitare hoc evenire posse, ut dicunt Doctores & in specie Petrus de Anchar. n. 2. Aut verò adhibuit omnem diligentiâ quam debuit & non fuit in culpa; & tunc homicidium superveniens ei non imputatur nec redditur irregularis, ut in juribus allegatis in glossa; & hæc vera, nisi factum quod mandaret Clericus esse tale, ut ex illo verifimiliter possit sequi mors, quia tunc indistinctè in irregularitatem incidere non obstante aliqua ejus proteilatione. Hic est casus in c. Si qui de homic. lib. 6.

Hæc procedunt in Clerico. Quid autem juris sit in laico, 29 dixi in c. 2. supra eodem.



DE HOMICIDIO

Idem Alexander III. Lucen. Episcopo.

CAPUT XI.

De cætero noveris, quòd diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad sacerdotium promovendus.

SUMMARIUM.

- 1 Irregularis est dans causam homicidio & n. 7.
2 Verbum videtur in Legislatore est expressivum veritatis.
3 Doctior respondens per verbum videtur, intelligitur affirmat-ivè responderè.
4 Medicus similiter per verbum videtur affirmat.
5 Testis deponens per verbum videtur, an & quando probet.
6 Irregularis removetur ab omni Altaris ministerio.
7 Irregularis est præbens causam proximo homicidio, licet det operam rei licita.
8 Irregularitas incurritur etiam cum merito, ibidem.
9 Irregularis est judex qui protulit sententiam sanguinis, si exendè secuta sit mors.
10 Testis quoque deponens in causa sanguinis secuta morte, irregularis efficitur.
11 Lex promotionis magis respicit ad factum quam ad volun-tatem.
12 Causa remota quæ nullo modo est ordinata ad homicidium, non parit irregularitatem.
13 Etiam si præbens hujusmodi causam det operam rei illicita. An sciendi taxillos pro hibita est ibidem.
14 Puer qui turgillos vesicam frangens dedit causam abortui, an sit irregularis.
15 Irregularis non est accedens armatus ad neptem adulteram, ut cogat adulteram cum ea contrahere, si adulter meta se præcipitaverit. Adulter irregularis non est ob necem à marito illatam uxori adultera, ibidem.
16 Irregularis an & quando oriatur ex causa remota ad homicidium ordinata.

- 17 Instans apud Regem pro remedio facinorum, an sit irregu-laris, si malefactores iussu Regis necati fuerint.
18 Clerici possunt de suis malefactoribus conqueri coram iudice seculari sine pena irregularitatis, dummodò protulerint expressè.
19 Judex Ecclesiasticus tradens Clericum degradatum curia seculari prævia protestatione non est irregularis.
20 Episcopi deputante Bullicis in sua jurisdictione tempo-rali, non sunt irregulares, licet perna sanguinis infir-matur.
21 Princeps qui legem condidit sub pena mortis, non effici-tur irregularis si legis auctoritate aliquo ultimo suppli-cio affecti fuerint.
22 Papa non potest Canonicam irregularitatem incurrere.
23 Judex committens alteri causam, irregularis est si Com-missarius ad mortem condemnet.
24 Irregularis an sit Clericus, cui Episcopus commisit, ut eligat justitiarium, si justitarius procedat ad penam sanguinis.
25 Irregularis non est qui consulit alteri ut mortis se exponat pro nomine sive honore Christi vel pro fide, aut pro statu Ecclesie.
26 Inquisitores pronunciantes aliquem hæreticum, licet sciant eum mortis tradendum aut alius id procurant excusan-tur ab irregularitate.
27 Irregularis ex homicidio voluntario non contrahitur in-distinctè ab eo qui dat causam proximo homicidio sed oportet ut homicidium sit in se volitum.

De cætero. Dans causam homicidio irregularis est. Hoc dicit secundum Card. Abb. & Marian. Socin. brevis est & divisionem non patitur.

Nota primò hoc verbum, videtur, quod bis repetitur in legilatone importare jus dispositionem & esse expressivum veritatis; unde secundum Joan. Andr. n. 1. Item est di-cere, non videtur, ac non est, & consentiunt Butr. n. 2. Cardin. in princ. Abb. in c. not. & Marian. Socin. n. 1. & idem Card. conf. 56. Causa supra quæ n. 18. ubi dicit verbum, videtur, prolatum à lege esse assertivum veritatis, quia lex non potest esse dubia, c. Erit autem lex, 4. dist. c. fin. de Const. & ob eandem rationem dictio forsitan à legilatone prolata non potest dubitanivè sed affirmativè, ut in capite. Nisi cum pridem, §. Propter conscientiam, & hic nota gloss. in verb. Forsitan, Innoc. Holt. & Doctores, supra de renunc. Quod Butr. & Abb. inducunt ad dicta testium & malè se-cundum Marian. Socin. & idèd tu dic in legilatone pro pri-mo dicto Joan. Andr. esse textum in cap. de quarta de præscript. in c. Præterea, de appellat. & in c. e. de fide infir. & in l. Scendum, ff. de verb. obligat. Idem dicen-dum in Doctore, qui respondens per verbum, videtur, in-telligitur respondere de jure, ut in cap. & ibi Doctores, de judic. Unde cum nos in solutione principalium quæ sitio-num utimur illis verbis, videtur respondendum, non sic lo-quimur quasi dubii, ita ut verbum videtur, sit nota impro-prietatis, sed quia ita juris esse censuimus. Quod facit pro dictis frequentibus Innocentii. Idem credimus in medico ut in l. Quod tamen, §. Si arbitret, ff. de arbit. & hic per Bartol. & l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspicien. Quamvis idem

dicendum in iudice, qui sententiam profert per verbum, videtur, ut scriptis Angel. in l. Scendum, ff. de verb. obl. quam refert & sequitur Marian. Socin. hic n. 4.

Ratio prædictorum est, quia Doctores, Medicus & Judex respondens non de his que in facto consistunt & sensu cor-poris percipiuntur, sed de eo quod iudicio intellectus & ratione percipitur; ac primò facti est ut respondeat per verbum videtur, ut in juribus citatis. Idèdque in rebus qui non solum deponit de iudicio rationis, sed etiam de facto sic distinguatur secundum Marian. Socin. hic n. 5. Nam aut dicit in his que possunt per sensum corporeum certitudinarè comprehendi & percipi & non probat nisi reddat sufficientem causam dicti facti. Aut deponit in his in quibus laborat iudicium rationis & intellectus, ut in Medico qui deponit sibi videri videri corruptam vel pregnantem & tunc probat, ut l. 1. §. 1. de ventr. inspic. Rationem disti-nerit inter iudicem & testem assignat Bald. in d. l. Quod tamen, §. Si arbitret, ff. de arbit. Et de hoc articulo an testis probet per verbum, videtur, vide cap. 2. supra de renunc. c. 1. de justic. & cap. Perpendimus de sent. excom. Bart. in Proximo Digestorum.

Secundo nota regulam ex summano textus videlicet irre-gularem esse non tantum qui principaliter homicidium per-petravit, sed etiam qui causam præbuit homicidio; & idèd non debere ad Ordines promoveri, nec in successis Ordini-bus ministrare. Et hoc tenet secundum Abb. Antiq. Joan. Andr. Cardin. Anchar. Abb. Mar. Socin. & omnes, quia etii textus dicat hunc esse promovendum ad Sacerdotium,

tamen cum sit irregularis, removeri debet ab omni Altaris ministerio, ut in cap. Presbiterum supra eodem. Rursus etiam textus ponit casum in Subdiacono, tamen factum narrat, unde idem intelligas in alio Clerico, secundum Joan. Andr. in prin. & Card. in fine, imò & laico ut per Abb. num. 1. & Mar. Socin. n. 7.

Nunc delecta primò hanc regulam, ut procedat si causa sit propinqua veluti quia consilium præceptum vel opem quis dedit ut alter occideretur, c. Si quis viduam 50. dist. 1. c. Henricus ad fin. de Cler. pugn. in duello, c. sicut dignum, §. fin. & cap. proximo supra eodem, vel hoc suggessit, ut in dicto cap. sicut dignum, §. Qui verò secundum gloriam hic, Holtienem in principio & Batrium n. 3. Quod latius explicat Innoc. in c. Ad audientiam num. 1. & seqq. infra eod.

8 Neque hoc casu distinguitur an quis det operam rei illicitæ necne, sed indistinctè ex causa proxima incurrit irregularitatem secundum Innoc. in d. c. Ad audientiam, n. 1. vers. Tamen semper sit irregularis, etiam cum merito, ut patet in iudice qui protulit sententiam sanguinis, si exinde secuta sit mors, c. 1. §. 1. dist. 1. c. His de quibus 23. q. ult. c. Clerici & c. Sententiam Ne Cler. vel Monach. & notatur in c. Inter opera de spons. & per D. Thom. in 2. a. q. 4. art. 2. in corp. & ad quartum.

10 Item non distinguitur, an huiusmodi causam proximam spontè quis dederit, an adactus ut in d. c. 1. §. 1. dist. hic. Quidam parentes potestatis quas sibi sunt imperata fecerunt. Et patet in telle qui iussit a iudice deposuit in causa capitali, ut in d. c. Sententiam, ne cler. vel Monach. Innoc. ubi supra, num. 7. Specul. in tit. de disp. §. 4. num. 9. vers. Item litigiosus, Cravet. conf. 2. n. 1. Clar. in practi crim. §. fin. q. 24. n. 8. vers. Uterius quæro. Navar. in man. c. 17. n. 23.

11 Ratio est, quia lex promotionis magis respicit ad factum quam ad voluntatem, ut in c. 15. q. ult. & notat Archid. in cap. Si Evangelica, numero sexto & hic etiam Præpositus numero 55. dist. Holtienis & Doctores in cap. significasti, il secundo infra eodem. Mar. Soc. in cap. prox. num. 230. & seq.

12 Sin autem causa sit remota, glossa hic tenet non incurri irregularitatem, arg. l. Qui domum habebat, ff. Locati & c. Exhibita infra eodem, nisi ejusmodi causam quis dederit animo nocendi, aut non adhibita diligentia quæ debuit, aut non adhibere, ad quod allegat c. Presbiterum in fine supra eodem & l. Si quis necandi, cod. ad l. Cornel. de Sicar. & cum glossa videtur hic transire Abbas antiquus & Arton. de Butt. u. 4. Verum Holt. hic in fine dicit in d. c. Presbiterum, non fuisse causam remotam imò propinquam, coherentem; & idem idem juris esse argum. leg. Quæ Religiosi, ff. de rei vendic. & sequuntur Joannes Andreas n. 4. Card. n. 2. in 1. oppos. Petrus de Anchar. in fine, Abbas n. 3. in fin. & Mar. Soc. n. 8.

Tu verò distingue duos casus. Primus est cum causa remota nullo modo est ordinata ad homicidium; & hoc primo casu manifestum est ex causa huiusmodi nullam contrahi irregularitatem. & ita procedit textus in d. c. Exhibita infra eodem & in d. l. Qui domum habebat, ff. Locati (Neque, ut inquit Holt. hic n. 1. Faber qui fecit cultellum ex eo solo quod fecit eum esse in culpa, si cum ipso homicidium committatur; & sic non nocet causa remota.) Consimile exemplum ponit hic Abbas n. 3. videlicet. (Feci fenestram in domo, aliquis ultrò se ex ea præcipitavit, tunc enim ego sum in aliqua culpa, sed causa propinqua fuit fatuitas illius se præcipitantis.) Et sequitur Mar. Soc. n. 9. qui ad hoc plures remissiones dedit in c. Presbiterum supra eodem. Alia exempla habes in cap. De occidendi, vers. Undè nec reus 23. quaestione quinta.

Procedit autem hæc conclusio etiam si quis præbit huiusmodi causam remotam & omnino per accidens daret operam rei illicitæ, nam nihilominus ex ea non efficitur irregularitas, textus est in d. c. Exhib. inf. eod. & propterea qui fecit taxillos ad ludendum, non incidit in irregularitatem ex eo quòd convenientes ad ludum se interfecerint, nam etiam secundum communem opinionem ars faciendi taxillos sit prohibita, tamen non est ad homicidium ordinata, ut per Mar. Soc. in c. prox. n. 237. vers. Secus autem si non esset ordinata, infra eod.

Et eodem modo irregularis est puer qui turgidam vesicam porcinam frangens, in causa fuit ut mulier prægnans terrore abortiretur, ut post Abbatem tenet Silvester in verbo homicidium 3. n. 14. licet contrarium videatur sentire Innoc. Abb. antiq. & Vincenr. & minis bene fecundum Silvestrum. Idem patet ex subjectis declarationibus Sacre Congregationis Concilii. Nam Petrus Presbiter Pamplionensis cum audisset Martinum laicum cum quadam muliere soluta ipsius Oratoris ex fratre nepote solere carnaliter committere & quidam nocte domum eius ingressum esse & cum illa commorari, armatus ipse alique confanguineis armatis committitur ad dictam domum dicte neptis accessit eà intentione, sicuti asserbat ut eodem

Martinum compelleret, contrahere cum ea Matrimonium, non autem ut eum occideret. Verum simul ut Martinus audivit fores pulsari, se in arcam dicte domus è fenestra projecit ac statim examinatus est. Quævis Petrus an propterea contraxisset irregularitatem. Die 19. Novembris 1601. Sacra Congregatio cum undecim Cardinalibus interfuerunt, censuit Petrum prædictum secundum ea que proponebantur, non incidisse in irregularitatem. Et postea cum quidam Presbiter Oriolen. Diocesis noctu ad mulierem conjugatam accessisset, ab ipsa de viri absentia edoctus & cumque vir ipse factus super-veniens uxorem necasset, dubitavit idem Presbiter non incidisset propterea in irregularitatem. Die 31. Julii 1610. Sacra Congregatio respondit uti prius censuerat, præviè diligenti discussione, adulterum ob mortem adulteræ, à marito, propter adulterium inlicitum, non esse irregularem.

His planè casibus etiam prædicti darent operam rei illicitæ quia tamen causa remota quam homicidio præterierunt, nullatenus fuit ordinata ad causatum, sed fuit omnino per accidens, declarati fuerunt immunes ab irregularitate.

Secundus casus est cum causa remota est verisimiliter ordinata ad causatum, ita ut propter ipsam ordinationem & consequentiam causati præitans causam ipsam remotam videatur habuisse animum ad causatum. Et hoc casu, qui præbit causam, tenetur, ut per Marian. Socin. hic num. 9. Ego verò intelligo hoc procedere si præbens huiusmodi causam daret operam rei illicitæ, vel animo nocendi hoc fecit, aut diligentiam non adhibuit quam potuit, adhibere; aliàs secus, ut in cap. Continetur supra eod. & infra in cap. prox. l. Si putatur ff. ad l. Aquil. Ita Regid. Bellem. conf. 14. Fatuum est tale, per tot. & præfert. n. 3. vers. In oppositum: ubi notabiliter consultit Episcopum Avenionensem, qui proposuit Ludovico Francorum Regi enormia quædam factiora in ejus ditione perpetrata & inlicita pro remedio opportuno, nullam contraxisse irregularitatem, licet alii submissi & alii mutilati fuerint: motus hoc principali fundamento, quia danti operam rei licite non imputatur damnum, maxime si non valeat de negligentia deprehendi, ut cap. De occidendi, 23. quaest. 5. secundum Bernard. & Holtien. in cap. Sicut dignum, supra eodem, & Henric. hic

Et idem si non adhibet diligentiam, quam potest, si causam proximam non dederit, ut l. Qui domum debebat, ff. Locati: at Episcopus hoc egit principaliter pro redemptione captivorum, & sic dabit operam rei licite, nec dedit, causam proximam; sed Rex & illius ministri. Sic etiam videmus Prælati, vel Clerici quibuscumque qui de laicis suis malefactoribus querelam penes secularem iudicem deponentes petunt emendam sibi fieri & provideri ne contra eos talia de cætero presumentur, imputari non debere si protestentur expressè se ad vindictam, seu pœnam sanguinis non intendere, licet malefactoribus iudex mortem intulerit iustitia exigente, ut est casus in cap. Prælati, de homicid. lib. 6. Et quævis Joan. Andr. ibi dixerit Clericum cautè facere si potius dicat, conqueror, quam accuso; & sic se verentur verba dict. cap. Prælati; tamen putarem non fieri irregularem licet dicat accuso, nam & querela inofficiosi testamento dicitur accusatio, l. Parentibus & l. In arcam Cod. de inoffic. testam. & sequitur post Abb. Socin. in c. prox. infra eodem num. 256. Sicut non imputatur Judici Ecclesiastico qui Clericum actualiter degradatum tradit Curie seculari si protestetur ad præscriptum, cap. Novimus infra de verborum significatione. Similiter Episcopus, seu quicumque alius Prælati vel Clerici jurisdictionem obtinens temporalem, si homicidium aut alio maleficio ab aliquibus in jurisdictione sua commissio Balivo suo aut alii cuiuscumque injungat ut veritatem inquirens iustitiam exequatur irregularis non efficitur licet pœna sanguinis inferatur, ut est text. in cap. Episcopus & Ne Cler. vel Monach. lib. 6.

His enim casibus & aliis consimilibus qui adduci possent, quamvis præbitens causam remotam intelligere possint aut debeant, futurum esse ut inde mors sequatur; & excusantur tamen ab irregularitate, quia dant operam rei licite & eorum officio incumbunt. Undè nec Princeps qui legem condidit mortis, efficitur irregularis si legis autoritate aliqui ultimo supplicio affecti fuerint, quia in personam certam non animadvertit nec in Constitutionem suam voluit aliquem incidere, sed eam tantummodo promulgavit propter bonum & licitum, ut homines à maleficio detereret, ita Archid. in c. Officia, n. 1. 23. q. 5. & Joan. Andr. in c. 1. n. 5. in glossa 1. infra de Sagittar. Quod multò magis habet locum in Papa qui non potest Canonice irregularitatem incurere, cap. proposuit, supra de concess. qui & alii super hoc medetur, ut patet ex notatis in c. Sunt supra eodem; & infra in cap. postulasti; & tradit Joannes Andreas loc. cit. Verum si Clerici emendam peterent, aut reum Curie seculari traderent non premissa protestatione, utique irregularitatem non evaderent, ut in iuribus civitatibus; & utrobique notat DD. Et eodem

13

14

15

16

17

18

19

20

23 eodem modo querit sic Collectar. ut prin. si aliquis obtinuerit à Principe iudicaturam & causas commiserit in genere, quia à se totam jurisdictionem abdicare non potest an committens sit irregularis, si Commissarius ad mortem, vel mutilationem condemnat; & concludit esse irregularem, cum sit causa & occasio; quia hoc potuit providere. Nec obstat secundum eum cap. Episcopus, Ne cler. vel Monach. lib. 6. quia hoc faciunt Prælati ex necessitate sui officii; & ideo Papa ibi eos excusare potest. Alias idem esse iudicium de Prælati & aliis ut legitur & notatur in cap. Ex litteris de excess. Prælat. Idem si Princeps causam Clerico commiserit, qui alicui re integra in totum vicis suas committeret, propter eandem rationem, ut hic per Collect. post Guillelm. de Monte Laudano in tract. fas de Sacramen. & idem dicendum si Episcopus committat Clerico, ut vice sua eligat Balivum, vel iudicem, vel speciale iustitiarium & iustitiarium à Clerico electus condemnat ad mortem secuto effectu: nam Clerico irregularitatem incurrit; & in hoc residet Joan. Andr. in dict. cap. Episcopus, quia talis voluntas hoc facit, non autem ex officio; & tota illa Decretalis loquitur de eo, cuius est iudicium, licet Collectar. hic in fin. dicit hoc magis mirandum esse, cum hic Clericus non faciat nisi quod Episcopus esset factorus: quid enim potest illi imputari, maxime si eosquis fuit à suo Prælato: quare in præcepto concludit secus cap. Stetit, 7. quaest. 1. & cap. Quod quis, de regul. jur. lib. 6.

24

25

26

27



DE HOMICIDIO

Clemens III.

CAPUT XII.

AD audientiam Apostolorum nostri pervenit, quòd cum quidam Presbiter volens corrigere quemdam de familia sua cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentasset: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat elapsus, eum in dorso aliquantum vulneravit, postmodum verò cum ille vulneratus aliquandiu vivisset & convalesceret à vulnere, alia graviore (ut dicitur) infirmitate percussus, vjam est universæ carnis ingressus. Quia verò utrùm occasione vulneris decessisset, dubium habetur, vestræ discretioni duximus respondendum, quòd cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit conjungere Presbitero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret: injuncta tamen penitentia competenti, ipsi poteritis concedere, ut minoribus ordinibus sit contentus. Si verò ille ex aia infirmitate obierit poterit, (sicut erat solitus) divina officia ministrare.

SUMMARIUM.

- 1 Homicidium casuale imputatur ei, qui dabit operam rei licite si non adhibuit diligentiam, quam debuit.
- 2 Dubitans an sit irregularis dabit tutiorem partem eligere & abstinere à Ministerio Altaris.
- 3 Irregularitas in foro contentioso in dubio non est præsumenda.
- 4 Secus in foro penitentiali vel quasi penitentiali.
- 5 Dubius tenetur tutiorem partem eligere in omni materia in qua subest periculum salutis æternæ.
- 6 Dubia contra seipsum in deteriorem partem sunt interpretanda: secus contra proximum.
- 7 Regula de tutiori parte in dubio eligenda à recentioribus Theologis multipliciter oppugnatur.
- 8 Clerico licet propriam familiam corrigere etiam moderatè verberando, nec casus mortis inde contingens illi imputatur.
- 9 Virgii & Ioris verberari quis potest & custodia causa in vinculis poni.
- 10 Correctio debet esse levis & moderata.
- 11 Servitia nimia adscribitur culpa.
- 12 Castigatio levis dicitur si fiat cum molli cingulo.
- 13 Castigatio an sit moderata necne, Judicis arbitrio relinquitur. Fagnon. in V. Lib. Decretal.

- 14 Castigatio levis in robusto potest esse gravis in debili vel infirmo.
- 15 Castigatio dicitur levis, aut gravis ex genere instrumenti.
- 16 Item ex parte corporis in qua quis percutitur.
- 17 Magister vel Dominus baculo percussus caput dicitur esse in culpa; secus si manum dando palmatum videtur.
- 17 Irregularitas ex homicidio vel mutilatione in quibus casibus contrahatur. Et infra per discursum usque ad finem.
- 18 Irregularitas ex homicidio vel mutilatione est in duplici differentia.
- 19 Irregularitas ex homicidio casuali contrahitur ab eo qui dabit operam rei illicitæ.
- 20 Clericus qui venando telum in feram misit & hominem occidit, irregularis est, etiam si omnem adhiberit diligentiam.
- 21 Clericus qui porcos ex agro pulsurus projecit lapidem & puerum necavit, non est irregularis.
- 22 Projiciens aliquid per locum insolatum, non tenetur clamare.